Okładka tymczasowa

POLSKA AKADEMIA UMIEJĘTNOŚCI

EDITIONUM COLLEGII HISTORICI Nr 86

MONUMENTA POLONIAE VATICANA

TOMUS VIII

SERIES: ACTA PONTIFICUM ROMANORUM

CONTINET

ACTA BONIFACII PAPAE IX

FASCICULUS 1
(1389—1391)

EDIDIT

EDMUNDUS DŁUGOPOLSKI

W KRAKOWIE
NAKŁADEM POLSKIEJ AKADEMII UMIEJĘTNOŚCI
SKŁAD GŁÓWNY W KSIĘGARNIACH GEBETHNERA I WOLFFA
WARSZAWA — KRAKÓW — LUBLIN — ŁÓDŹ — POZNAŃ — ZAKOPANE
1939—1946

WYDAWNICTWA KOMISJI HISTORYCZNEJ POLSKIEJ AKADEMII UMIEJĘTNOŚCI W KRAKOWIE.

(Numery w nawias ujęte oznaczają liczbę porządkową wydawnictw K. H.; cyframi rzymskimi oznaczono tomy).

1. Monumenta medii aevi historica res gestas Poloniae illustrantia.

(T. I—XIII, XVI wyczerpane)

Kodeks dyplomatyczny katedry krakowskiej św. Wacława. Wyd. F. Piekosiński. T. I (1166—1366) 1874 (Nr 4) i T. II (1367—1423) 1883 (Nr 24). I i VIII.

Codex epistolaris saeculi XV. Tom I 1876. Wyd. A. Sokołowski i J. Szujski (Nr 8). Tom II 1891 (Nr 46) i Tom III 1894 (Nr 52). Wyd. A. Lewicki. II, XII i XIV. . . . XIV — 600.—

Kodeks dyplomatyczny małopolski. Wyd. F. Piekosiński. Tom I (1178—1386) 1876 (Nr 9), Tom II (1153—1333) 1886 (Nr 33), Tom III (1333—1386) 1887 (Nr 37) i Tom IV (1386—1450) 1905 (Nr 62). III, IX, X i XVII. . . . . XVII — 600 —

Najstarsze księgi i rachunki m. Krakowa od r. 1300 do 1400. Wyd. F. Piekosiński i J. Szujski 1878 (Nr 5, właściwie 6). IV.

Kodeks dyplomatyczny m. Krakowa (1257—1506). Wyd. F. Piekosiński. Tom I 1879 (Nr 14) i Tom II 1882 (Nr 22). V i VII.

Codex epistolaris Vitoldi m. ducis Lithuaniae (1376—1430). Wyd. A. Prochaska 1882 (Nr 23). VI.

Index actorum saeculi XV ad res publicas Poloniae spectantium. Wyd. A. Lewicki 1888 (Nr 41). XI.

Acta capitulorum nec non iudiciorum ecclesiasticorum selecta. Wyd. B. Ulanowski. T. I Acta capitulorum Gneznensis, Poznaniensis et Wladislaviensis (1408—1530) 1894 (Nr 51). Tom II Acta iudiciorum eccles. dioecesum Gneznensis et Poznaniensis (1403—1530) 1901 (Nr 59) i Tom III część I. Toż: dioecesum Plocensis, Wladislaviensis et Gneznensis (1422—1533) 1908 (Nr 65). Tom III, część II, zeszyt I Index personarum et locorum auctore Joanne Czubek 1918 (Nr 76). XIII, XVI, XVIII 1 i 2. . . . . XVIII 1—2 — 600.—

Rachunki dworu króla Władysława Jagiełły i królowej Jadwigi z lat 1388 do 1420. Wyd. F. Piekosiński 1896 (Nr 55). XV . . . . 600.—

Akta Aleksandra króla polskiego, w. księcia litewskiego i t. d. (1501—1506). Wyd. F. Papée 1927 (Nr 79). XIX . . . . 720.—

2. Scriptores rerum Polonicarum.

(T. I—III, VII—XV wyczerpane)

Diariusze sejmów koronnych 1548, 1553 i 1570. Wyd. J. Szujski 1872 (Nr 1). I.

Kroniki Bernarda Wapowskiego część ostatnia (1480—1535). Wyd. J. Szujski 1874 (Nr 2). II.

Stefana Franciszka Medekszy księga pamiętnicza wydarzeń na Litwie 1654—1668. Wyd. W. Seredyński 1875 (Nr 5). III.

Pamiętnik pierwszego zjazdu historycznego polskiego imienia Jana Długosza. Wyd. M. Bobrzyński i M. Sokołowski 1881 (Nr 20). VI . . . . 90.—

Ks. Jana Wielewickiego T. J. Dziennik domu zakonnego oo. jezuitów u św. Barbary w Krakowie, Tom I (1576—1599) 1881 (Nr 19). Wyd. J. Szujski. Tom II (1600—1608) 1886 (Nr 32) T. III (1609—1619) 1889 (Nr 43) i Tom IV (1620—1629) 1899 (Nr 58). Wyd. Ks. W. Chotkowski. VII, X, XIV i XVII . . . . XVII — 210.—

Archiwum domu Radziwiłłów: listy księcia Mikołaja Krzysztofa Radziwiłła Sierotki, Jana Zamoyskiego i Lwa Sapiehy. Wyd. A. Sokołowski 1885 (Nr 27). VIII.

Diariusze sejmowe r. 1587. Wyd. A. Sokołowski 1887 (Nr 38). XI.

Analecta Romana historiam Poloniae saec. XVI illustr. Wyd. J. Korzeniowski 1894 (Nr 53) XV.

Stanisława Temberskiego Roczniki 1647—1656. Wyd. W. Czermak 1897 (Nr 56). XVI . 210.—

Diariusze sejmowe r. 1585. Wyd. A. Czuczyński 1901 (Nr 66). XVIII . . . . 300.—

Stanisława Oświęcima Diariusz 1643—1651. Wyd. W. Czermak 1907 (Nr 63). XIX . . 210 —

Diariusze sejmowe r. 1597. Wyd. E. Barwiński 1907 (Nr 64). XX . . . . 300.—

Diariusze i akta sejmowe r. 1591—1592. Wyd. E. Barwiński 1911 (Nr 68). XXI . . . . 300.—

Świętosława Orzelskiego Bezkrólewia ksiąg ośmioro 1572—1576. Wyd. E. Kuntze 1917 (Nr 75). XXII . . . . 450.—

3. Archiwum Komisji historycznej. Serja 1.

Tom I (Scriptores rerum Polonicarum, t. IV) (Nr 10)

Treść: Kętrzyński W., Stanislai Górski Conciones in maximo totius regni Poloniae conventu apud Leopolim de republica habitae a. 1537, str. 1. — Liske K., Dwa diariusze kongresu wiedeńskiego r. 1515, str. 89. — Liske K., Ulryka Werduma diariusz wyprawy

POLSKA AKADEMIA UMIEJĘTNOŚCI

EDITIONUM COLLEGII HISTORICI Nr 86

MONUMENTA POLONIAE VATICANA

TOMUS VIII

Ponieważ druk niniejszego tomu, rozpoczęty przed wojną, prowadzony czas jakiś tajnie pod okupacją i kontynuowany obecnie, zająć musi, ze względu na charakter wydawnictwa, dłuższy okres czasu, przeto Komisja Historyczna P. A. U. zdecydowała się oddać wydrukowaną dotąd część do użytku badaczy jako fascykuł 1 tomu VIII, zaopatrzony tylko okładką tymczasową. Karta tytułowa, spis rzeczy i indeks dołączone zostaną do fascykułu 2.

NAKŁADEM POLSKIEJ AKADEMII UMIEJĘTNOŚCI
SKŁAD GŁÓWNY W KSIĘGARNIACH GEBETHNERA I WOLFFA
WARSZAWA — KRAKÓW — LUBLIN — ŁÓDŹ — POZNAŃ — ZAKOPANE
1939—1946

WYDAWNICTWA KOMISJI HISTORYCZNEJ POLSKIEJ AKADEMII UMIEJĘTNOŚCI W KRAKOWIE.

(Numery w nawias ujęte oznaczają liczbę porządkową wydawnictw K. H.; cyframi rzymskimi oznaczono tomy).

1. Monumenta medii aevi historica res gestas Poloniae illustrantia.

(T. I—XIII, XVI wyczerpane)

Kodeks dyplomatyczny katedry krakowskiej św. Wacława. Wyd. F. Piekosiński. T. I (1166—1366) 1874 (Nr 4) i T. II (1367—1423) 1883 (Nr 24). I i VIII.

Codex epistolaris saeculi XV. Tom I 1876. Wyd. A. Sokołowski i J. Szujski (Nr 8). Tom II 1891 (Nr 46) i Tom III 1894 (Nr 52). Wyd. A. Lewicki. II, XII i XIV. . . . XIV — 600 —

Kodeks dyplomatyczny małopolski. Wyd. F. Piekosiński. Tom I (1178—1386) 1876 (Nr 9), Tom II (1153—1333) 1886 (Nr 33), Tom III (1333—1386) 1887 (Nr 37) i Tom IV (1386—1450) 1905 (Nr 62). III, IX, X i XVII. . . . . XVII — 600 —

Najstarsze księgi i rachunki m. Krakowa od r. 1300 do 1400. Wyd. F. Piekosiński i J. Szujski 1878 (Nr 5, właściwie 6). IV.

Kodeks dyplomatyczny m. Krakowa (1257—1506). Wyd. F. Piekosiński. Tom I 1879 (Nr 14) i Tom II 1882 (Nr 22). V i VII.

Codex epistolaris Vitoldi m. ducis Lithuaniae (1376—1430). Wyd. A. Prochaska 1882 (Nr 23). VI.

Index actorum saeculi XV ad res publicas Poloniae spectantium. Wyd. A. Lewicki 1888 (Nr 41). XI.

Acta capitulorum nec non iudiciorum ecclesiasticorum selecta. Wyd. B. Ulanowski. T. I Acta capitulorum Gneznensis, Poznaniensis et Wladislaviensis (1408—1530) 1894 (Nr 51). Tom II

POLSKA AKADEMIA UMIEJĘTNOŚCI

EDITIONUM COLLEGII HISTORICI Nr 86

MONUMENTA POLONIAE VATICANA

TOMUS VIII

SERIES: ACTA PONTIFICUM ROMANORUM

CONTINET

ACTA BONIFACII PAPAE IX

FASCICULUS 1

(1389—1391)

EDIDIT

EDMUNDUS DŁUGOPOLSKI

W KRAKOWIE

NAKŁADEM POLSKIEJ AKADEMII UMIEJĘTNOŚCI

SKŁAD GŁÓWNY W KSIĘGARNIACH GEBETHNERA I WOLFFA

WARSZAWA — KRAKÓW — LUBLIN — ŁÓDŹ — POZNAŃ — ZAKOPANE

1939—1946

DRUKARNIA UNIWERSYTETU JAGIELLOŃSKIEGO
pod zarządem K. Kiecia
M - 14515

1.

Romae, 9 novembris 1389.

Bonifacius IX Alberto Derslai canonico Gneznensi, regis atque reginae Poloniae ambaxiatori dignitatem, personatum seu officium in aliqua collegiata ecclesia civitatis vel diocesis Gneznensis reservat; cuius quidem reservationis executionem episcopo Tudensi, abbati Sulejoviensi ac praeposito S. Floriani Cracoviae mandat.

Archivum Vaticanum, Regesta Lateranensia T. 1 f. 23—24' (IX—X'), series De dignitatibus vacaturis anno primo. *In fine litterarum* N. XIII, XV de Benevento.

Reg. Abraham Wł., Sprawozdanie (II) z poszukiwań w archiwach i bibljotekach rzymskich in Archiwum Komisji Historycznej IX (Kraków 1902) 135.

Adn. Uncinis infra inclusa ex similibus eorundem Regestorum litteris supplentur.

a.

Bonifacius (servus servorum Dei) dilecto filio Alberto Derslai canonico Gneznensi[1] salutem (et apostolicam benediccionem). Nobilitas generis, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt[a], ut tibi reddamur ad graciam liberales. Volentes itaque tibi, qui ut asseris de nobili genere ex utroque parente procreatus et per carissimum in Christo filium nostrum Wladislaum regem et per carissimam in Christo filiam Hedwigim reginam Polonie illustres ambaxiator[b] ad nos destinatus existis, premissorum meritorum tuorum intuitu graciam facere specialem teque in ecclesia Gneznensi amplius honorari, dignitatem, personatum seu officium in predicta aut aliqua alia ex collegiatis civitatis vel diocesis Gneznensis ecclesiis, eciam si huiusmodi dignitas in Gneznensi maior post pontificalem seu in collegiata ecclesiis huiusmodi principalis curata fuerit et ad eam consueverit quis per eleccionem assumi, si qua aut si quis vel si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, quam vel quem seu quod tu per te vel procuratorem tuum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spacium, postquam tibi vel eidem procuratori vacacio illius innotuerit, duxeris acceptandam vel acceptandum, conferendam seu conferendum tibi post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni apostolice reservamus; districcius inhibentes venerabili fratri nostro archiepiscopo Gneznensi et dilectis filiis capitulo ecclesie, in qua huiusmodi dignitas vel personatus seu officium fuerit ac illi vel illis, ad quem vel ad quos dignitatum, personatuum seu officiorum huiusmodi collacio, provisio, presentacio, eleccio seu quevis alia disposicio pertinet communiter vel divisim,

1. [a] inducit *Reg. Lat.* [b] ambaxiatorque *Reg. Lat.*

1. [1] *Albertus Derslai filius de Łubnica terrae Sandomiriensis, de domo Jastrzębiec fuit; postmodum episcopus: primum Poznaniensis ab a. 1399, deinde Cracoviensis ab a. 1412, tandem archiepiscopus Gneznensis necnon primas ab a. 1423 † 1436.*

ne de huiusmodi dignitate vel personatu seu officio interim eciam ante acceptacionem eandem, nisi postquam eis constiterit, quod tu vel procurator predictus illam vel illum seu illud volueritis acceptare, disponere quoquomodo presumant; ac decernentes exnunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie, in qua huiusmodi dignitas vel personatus seu officium fuerit, contrariis iuramento, confirmacione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis; aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi dignitatibus vel personatibus seu officiis speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales apostolice Sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, eciam si per eas ad inhibicionem, reservacionem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus, preterquam auctoritate nostra huiusmodi dignitates vel personatus seu officia expectantibus, te in assecucione huiusmodi dignitatis vel personatus seu officii volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem dignitatum vel personatuum seu officiorum huiusmodi aut beneficiorum aliorum preiudicium generari; seu si archiepiscopo et capitulo predictis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum, quod ad recepcionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint, quodque de huiusmodi dignitatibus vel personatibus seu officiis aut aliis beneficiis ecclesiasticis, ad eorum collacionem, provisionem, presentacionem, eleccionem seu quamvis aliam disposicionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgencia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gracie impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mencio specialis; aut si presens non fueris ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie, in qua huiusmodi dignitas vel personatus seu officium, etsi in dicta Gneznensi ecclesia fuerit, racione dignitatis vel personatus seu officii huiusmodi solitum iuramentum, dummodo in absencia tua per procuratorem ydoneum, et cum ad ecclesiam ipsam accesseris, corporaliter illud prestes; seu quod ut asseris in predicta Gneznensi ac in Lanciciensi [2] ecclesiis canonicatus et prebendas obtines, et super Unyouiensi [3] Gneznensis diocesis canonicatu et prebenda in palacio apostolico litigas et quod hodie tibi de sub expectacione prebende Cracoviensis ecclesiarum canonicatu per alias nostras litteras graciose mandavimus provideri. Nulli ergo (omnino hominum liceat hanc paginam) nostre reservacionis, inhibicionis, constitucionis et voluntatis infringere (vel ei ausu temerario contraire). Si quis autem (hoc attemptare presumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei et BB. Petri et Pauli apostolorum se noverit incursurum). Datum Rome apud S. Petrum, quinto idus novembris, anno primo.

b.

Simili modo: Venerabili fratri episcopo Tudensi [4] et dilectis filiis abbati monasterii S. Marie Soledinensis [5] Gneznensis dioc. ac preposito ecclesie S. Floriani extra muros

1. [2] *Łęczyca opp. cum ecclesia collegiata insigni tum in Gneznensi, nunc in Lodzensi diocesi.* [3] *Uniejów prope fl. Warta opp. tunc mensae archiepiscopalis ecclesiae Gneznensis, cum ecclesia collegiata, nunc in Wladislaviensi diocesi.* [4] *Episcopus Tudensis (Tuy in Hispania) quidam Turibius, tum temporis in Romana curia commorans(Eubel C., Hier. cath. m. aevi. I² 501).* [5] *Sic, loco* Suleiouiensis; *monasterium ordinis Cisterciensis ad fl. Pilica, tum in diocesi Gneznensi, hodie in dioc. Wladislaviensi.*

Cracovienses[6] salutem etc. Nobilitas generis, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius Albertus Derslai canonicus Gneznensis fidedigno commendatur testimonio etc. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios huiusmodi dignitatem vel personatum seu officium, si tempore huiusmodi nostre reservacionis vacabat vel extunc vacavit aut cum illam vel illum seu illud vacare contigerit, post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem Alberto auctoritate nostra conferre et assignare curetis; inducentes eum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem huiusmodi dignitatis vel personatus seu officii iuriumque et pertinenciarum predictorum eadem auctoritate et defendentes inductum ac facientes ipsum Albertum vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi dignitatem vel personatum seu officium, ut est moris, admitti sibique de huiusmodi dignitatis vel personatus seu officii fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi. Non obstantibus omnibus supradictis; seu si archiepiscopo et capitulo prefatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a predicta Sede indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo. Datum ut supra.

2.

Romae, 9 novembris 1389.

Bonifacius IX iudicibus, ut canonicatum et praebendam ecclesiae Wratislaviensis, de quibus litterae Urbani VI confectae non fuerant, Petro Strelicz conferant, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 5 f. 2'—3', *series* De diversis formis. *In fine litt.* N. XXIII de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 125 nr 196.

Bonifacius etc. venerabili fratri episcopo Eugubino[1] et dilectis filiis S. Marie in Arena ac S. Vincencii extra muros Wratislauienses monasteriorum abbatibus[2] salutem etc. Racioni congruit etc. Dudum siquidem per felicis recordacionis Urbanum papam VI, predecessorem nostrum accepto, quod canonicatus et prebenda ecclesie Wratislauiensis, quos quondam Ditko Pradlim ipsius ecclesie canonicus dum viveret obtinebat, per ipsius Ditkonis obitum, qui extra Romanam curiam decessit, vacaverant et vacabant, idem predecessor volens dilecto filio Petro Strelicz, rectori parrochialis ecclesie in Waurzinczicze Cracouiensis diocesis[3], apud eum de vite ac morum honestate aliisque probitatis

1. [6] *Nicolaus de Skroniów.*

2. [1] *Bertrandus de Famagust, ep. Eugubinus (Gubbio in Italia media) provisus 1389—26. I. 1401 (Eubel, Hier. cath. m. ae. I² 242).* [2] *Monasteriorum extra muros Wratislavienses abbates: S. Mariae in Arena Henricus Gallici 1386—1395 primus a Sede apostolica in officio suo confirmatus, S. Vincentii autem Franciscus 1388. 28. II (Cod. d. Sil. IX 71 nr 501), quondam Franciscus abbas 20. II. 1391 (Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 13 f. 140') hoc tempore deprehenduntur.* [3] *Petrus Strelicz filius Swantkonis et Woyczechae (Bruchnalski W., Calendarii Cracoviensis notae historicae ad annorum dierumque ordinem redactae in Monum. Poloniae Historica VI 657, 662), canonicus Cracoviensis 1384, rector ecclesiae de Laurinczicze (Wawrzeńczyce prope Cracoviam dioc. Cracoviensis) 1389, 1403 (Kod. Kat. Krak. II 546 in

et virtutum meritis multipliciter commendato, horum intuitu necnon consideracione carissime in Christo filie nostre Hedwigis regine Polonie illustris pro dicto Petro nuncio suo eidem predecessori super hoc humiliter supplicantis, graciam facere specialem, voluit et concessit videlicet x kalendas marcii, pontificatus eiusdem predecessoris anno octavo [4], predictos canonicatum et prebendam, quorum fructus, redditus et proventus quindecim marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum ut asserebatur non excedebant, si ut premittitur vacabant, eciam si canonicatus et prebenda predicti disposicioni apostolice specialiter reservati forent, dummodo tunc non esset in eis alicui specialiter ius quesitum, cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem Petro apostolica auctoritate conferri et eciam assignari. Non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie contrariis iuramento, confirmacione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis; (aut) si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos essent recepti vel, ut reciperentur, insisterent seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales apostolice Sedis vel legatorum eius litteras impetrassent, eciam si per eas ad inhibicionem, (reservacionem et decretum vel alias quomodolibet esset processum, quibus omnibus idem predecessor te in assecucione) [a] dictorum canonicatus et prebende voluit anteferri, sed nullum per hoc [b] eis quoad assecucionem canonicatuum et prebendarum aut beneficiorum aliorum [c] preiudicium generari; seu si venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Wratislauiensibus vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem Sede esset indultum, quod ad recepcionem vel provisionem alicuius minime teneretur, et ad id compelli non possent, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeret provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgencia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existeret, per quam ipsius predecessoris litteris, si super hoc confecte fuissent, non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeret quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda esset in [d] eisdem litteris mencio specialis; aut si prefatus Petrus presens non foret ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absencia sua per procuratorem ydoneum, et cum ad ecclesiam ipsam accederet, corporaliter illud prestaret; seu quod idem Petrus ut asserebatur parrochialem ecclesiam predictam, cuius viginti sex, et in Cracouiensi canonicatum et prebendam, quorum viginti, obtinebat, et quod idem predecessor dicta die videlicet x kalendas marcii [4] ipsi Petro de custodia in predicta Wratislauiensi ecclesiis, cuius octuaginta marcharum argenti puri fructus, redditus et proventus secundum communem extimacionem predictam valorem annuum non excedebant, tunc vacante, graciose concesserat provideri. Voluit autem dictus predecessor, quod quamprimum idem Petrus dictos canonicatum et prebendam

---

indice); benefactor studii generalis Cracoviensis 1400 (Album studiosorum Universitatis Cracoviensis I [Cracoviae 1887] 3); benefactor PP. Praedicatorum in Cracovia (Zeissberg H., Kleinere Geschichtsquellen Polens im Mittelalter 162); inter vivos 1406 (Cod. d. Universitatis studii generalis Cracoviensis I [Cracoviae 1870] 72, nr 38).

2. [a] *uncinis inclusa in Reg. Lat. omissa sunt, cfr Nrm 6* [b] quod *Reg. Lat., cfr Nrm 6* [c] aliorumque *Reg. Lat., cfr Nrm 6* [d] de *Reg. Lat.*

2. [4] *20. II. 1386.*

ecclesie Wratislauiensis vigore voluntatis et concessionis predictarum foret pacifice assecutus, huiusmodi concessionis gracia de custodia predicta sibi ut premittitur facta et quecunque inde secuta essent cassa et irrita nulliusque roboris vel momenti. Et insuper dictus predecessor extunc irritum decrevit et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Ne autem pro eo, quod super huiusmodi voluntate et concessione dicti predecessoris littere confecte non fuerint, prefatus Petrus dictarum voluntatis et concessionis frustretur effectu, volentes et apostolica auctoritate decernentes, quod eedem voluntas et concessio perinde a dicta die videlicet x kalendas marcii suum consequatur effectum, ac si super eis dicti predecessoris littere sub ipsius diei data confecte fuissent, prout superius enarratur, quodque presentes littere ad probandam plene voluntatem et concessionem predictas ubique sufficiant nec ad probacionem alterius adminiculum requiratur, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios canonicatum et prebendam ecclesie Wratislauiensis predictos, si dicta die videlicet x kalendas marcii ut prefertur vacabant et tunc non erat in eis alicui specialiter ius quesitum, cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem Petro apostolica auctoritate conferre et assignare curetis; inducentes eum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem canonicatus et prebende ecclesie Wratislauiensis iurumque et pertinenciarum predictorum et defendentes inductum amoto exinde quolibet illicito detentore ac facientes ipsum Petrum et dictum procuratorem pro eo in eadem predicta ecclesia Wratislauiensi ad prebendam huiusmodi in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis sibique de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi. Non obstantibus omnibus supradictis; seu si prefatis episcopo et capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim a predicta Sede indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Contradictores auctoritate nostra etc. Datum Rome apud S. Petrum, quinto idus novembris, anno primo

3.

Romae, 9 novembris 1389.

Bonifacius IX magistro Petro Strelicz canonico Cracoviensi, iam ab Urbano VI consortio capellanorum honoris aggregato, ut aggregatio praedicta suum sortiatur effectum, concedit.

Arch. Vat., 1. Reg. Vat. T. 312 f. CXXXVIIIv. In fine ad manum sinistram X. T. de Nyem, *ad dextram* Pro G. Wert P. de Ingelnheim. — *2. Armar. XXXI T. 36 f. 35v (34v).*

Reg. Abraham Wl., Sprawozdanie (II) 79.

Adn. Uncinis infra inclusa ex similibus litteris Armarii XXXI T. 36 f. 33 (32) supplentur.

Bonifacius (episcopus, servus servorum Dei), dilecto filio magistro Petro Strelicz canonico Cracoviensi, capellano nostro [1], salutem etc. Racioni congruit (et convenit

3. [1] *Vid. Nr 2.*

equitati[a], ut ea que de Romani pontificis gracia processerunt, licet eius superveniente obitu super illis littere apostolice confecte non fuerint, suum consequantur effectum). Dudum siquidem felicis recordacionis Urbanus papa VI predecessor noster, videlicet x kalendas marcii, pontificatus sui anno octavo[2], te in suum et apostolice Sedis capellanum graciose recepit ac suorum (et Sedis predicte capellanorum consorcio favorabiliter aggregavit, intendens, quod per hoc dicte Sedis presidia plenius sortireris. Ne[b] autem pro eo, quod super recepcione et aggregacione huiusmodi ipsius predecessoris superveniente obitu littere apostolice confecte non fuerunt, tu earundem recepcionis et aggregacionis frustreris effectu, volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod recepcio et aggregacio predicte a dicta die videlicet x kalendas marcii[2] perinde sorciantur effectum, ac si ipsius predecessoris littere super recepcione et aggregacione huiusmodi sub ipsius diei data confecte fuissent, prout superius enarratur, quodque presentes littere ad probandum plene recepcionem et aggregacionem predictas ubique sufficiant nec ad id probacionis alterius adminiculum requiratur. Tu igitur sic de bono in melius studiis virtutum intendas, quod Sedes predicta ad faciendum tibi pleniorem graciam invitetur). Nulli (ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis et decreti infringere etc.). Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, v idus novembris, pontificatus nostri anno primo.

4.

Romae, 9 novembris 1389.

Bonifacius IX Bartholomaeum de Nova Civitate in suum et Sedis apostolicae familiarem recipit.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 5 f. 23' (XXIIII'), series De diversis formis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* P. de Bosco, *in fine* De mandato N. de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 130 nr 203.

Bonifacius etc. dilecto filio Bartholomeo de Nova Civitate[1] cantori ecclesie S. Crucis Wratislauiensis, familiari nostro salutem etc. Multarum dona virtutum, quibus personam tuam fidedignorum testimoniis iuvari percepimus, merito nos inducunt, ut personam tuam attollamus honoris gracia specialis. Ut igitur in effectu percipias, quod suggerit nostre mentis affectus, te in nostrum et Sedis apostolice familiarem graciose recipimus ac nostrorum et ipsius Sedis familiarium consorcio favorabiliter aggregamus. Volumus eciam et tibi de uberioris dono gracie nichilominus concedimus, quod omnibus indulgenciis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, preeminenciis, prerogativis et honoribus per nos aut Sedem ipsam familiaribus nostris domesticis continuis et commensalibus concessis et eciam concedendis plenarie uti debeas et gaudere. Sic igitur de bono in melius studiis virtutum intendas, quod merito ad faciendum tibi ampliores gracias invitemur. Nulli ergo etc. nostre recepcionis, aggregacionis, voluntatis et concessionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, quinto idus novembris, pontificatus nostri anno primo.

3. [a] et convenit honestati etc. *Reg. Vat.* [b] Ac *Arm.*

3. [2] *20. II. 1386.*

4. [1] *Prądnik, Prudnik, Neustadt in Silesia Superiori, terrae Opoliensis.*

5.

Romae, 9 novembris 1389.

Bonifacius IX iudicibus, ut canonicatum et praebendam ecclesiae Gneznensis Johanni de Borsnicz iuxta voluntatem Urbani VI conferant, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 5 f. 50—51' (LI—LII'), series De diversis formis anno primo. *In fine litt.* N. XXV de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 126/7 nr 197.

Bonifacius etc. venerabili fratri episcopo Eugubino [1] et dilectis filiis decano ecclesie Wratislauiensis ac officiali Wratislauiensi [2] salutem etc. Racioni congruit etc. Dudum siquidem per felicis recordacionis Urbanum papam VI predecessorem nostrum accepto, quod canonicatus et prebenda ecclesie Gneznensis, quos quondam Petrus Groclok ipsius ecclesie canonicus [3], dum viveret, obtinebat, per ipsius Petri obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverant et vacabant, tunc idem predecessor, volens dilectum filium Johannem Janonis de Borsnicz perpetuum vicarium in ecclesia S. Crucis Wratislauiensi, bacallarium in decretis [4], qui ut asserebat ex utroque parente de militari genere procreatus existebat, apud eundem predecessorem de nobilitate generis, litterarum sciencia, vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu necnon consideracione carissime in Christo filie nostre Anne regine Anglie [5] illustris pro ipso Johanne dilecto suo dicto predecessori super hoc humiliter supplicantis, graciam facere specialem, voluit et concessit videlicet quarto kalendas aprilis, pontificatus sui anno octavo [6], canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus, redditus et proventus triginta marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum ut asserebatur non excedebant, si tunc ut premittitur vacabant, eciam si dictus Petrus capellanus vel alias officialis aut familiaris Sedis apostolice seu fructuum et proventuum Camere apostolice debitorum collector vel succollector fuisset, dummodo tempore date dicte diei videlicet quarto kalendas aprilis [6] non esset in eis alicui specialiter ius quesitum, cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinenciis suis prefato Johanni auctoritate apostolica conferri et eciam assignari. Non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie Gneznensis contrariis...; seu si super provisionibus sibi faciendis..., seu si venerabili fratri nostro archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Gneznensibus...; aut si dictus Johannes presens non esset..; seu quod idem Johannes ut asserebatur quandam perpetuam vicariam in S. Crucis predicta, cuius fructus, redditus et proventus septem marcharum argenti puri secundum extimacionem predictam valorem annuum non excedebant, necnon altare SS. Cosme et Damiani in S. Elizabet Wratislauiensi ecclesiis noscebatur obtinere. Voluit autem idem predecessor, quod ipse Johannes, quamprimum vigore voluntatis et concessionis predictarum canonicatum et prebendam predictos foret pacifice assecutus, dictum altare, quod ut prefertur

5. [1] *Bertrandus de Famagust 1389 — 26. I. 1401.* [2] *Tunc temporis officiales Wratislavienses fuisse deprehenduntur Nicolaus de Friberg canonicus Lubucensis 1386 (Cod. d. Sil. II 40 nr 45) et Georgius Fulschussil canonicus Othmuchoviensis 1391 mense januario, 1399. 28. IV, olim officialis 1403 (l. c. II 44, IX 84, I 88 nr 78).* [3] *Clericus Poznaniensis eodem canonicatu provisus 1371. 27. VIII (Theiner, Vet. mon. Pol. et Lith. I 672).* [4] *Postea capellanus summi pontificis et causarum palatii apostolici auditor, episcopus Lubucensis 1397. 24. IX — 29. III. 1420, translatus ad Strigoniensem (Eubel, Hier. cath. m. ae. I² 313; Crofta, M. V. B. V 1328).* [5] *De domo Luxemburg, uxor Richardi II regis Angliae, † 1394.* [6] *29. III. 1386.*

obtinebat et quod extunc vacare decrevit, omnino, prout ad id se sponte obtulit, dimittere teneretur. Et insuper idem predecessor extunc irritum decrevit et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Ne autem pro eo, quod super huiusmodi voluntate et concessione dicti predecessoris littere confecte non fuerint, dictus Johannes huiusmodi voluntatis et concessionis frustretur effectu, volentes et apostolica auctoritate decernentes, quod eedem voluntas et concessio ipsius predecessoris perinde a dicta die videlicet quarto kalendas aprilis sorciantur effectum, ac si super eis eiusdem predecessoris littere sub ipsius diei data confecte fuissent, prout superius enarratur, quodque presentes littere ad probandum plene huiusmodi voluntatem et cessionem predicti predecessoris ubique sufficiant nec ad probacionem alterius adminiculum requiratur, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios canonicatum et prebendam predictos, si ut premittitur vacabant et dicta die videlicet quarto kalendas aprilis non erat in eis alicui specialiter ius quesitum, cum dicti iuris plenitudine ac omnibus iuribus et pertinenciis supradictis eidem Johanni iuxta huiusmodi voluntatem et concessionem dicti predecessoris apostolica auctoritate conferre et assignare curetis; inducentes eum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem canonicatus et prebende iuriumque et pertinenciarum predictorum et defendentes inductum amoto exinde quolibet illicito detentore ac facientes ipsum Johannem vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi prebendam in dicta ecclesia Gneznensi in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis sibique de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi. Non obstantibus omnibus supradictis; seu si prefato archiepiscopo et capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim a prefata Sede indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Contradictores auctoritate nostra etc. Datum Rome apud S. Petrum, quinto idus novembris, anno primo.

6.

Romae, 9 novembris 1389.

Bonifacius IX, quod collatio archidiaconatus Pomeraniae in ecclesia Wladislaviensi nobili Johanni Lopponi ex reservatione per Urbanum VI facta suum consequatur effectum, decernit; cuius quidem collationis executionem patriarchae Gradensi, episcopo Culmensi ac praeposito ecclesiae Culmensis mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 5 f. 62'—63 (LXIII'—LXIIII'), series De diversis formis anno primo. *In fine litt.* N. XIII, XV de Benevento.

a.

Bonifacius etc. dilecto filio Johanni Lopponi archidiacono Pomeranie in ecclesia Wladislauiensi salutem etc. Racioni congruit et convenit equitati, ut ea, que de Romani Pontificis gracia processerunt, licet littere apostolice super illis confecte non fuerint, suum sorciantur effectum. Dudum siquidem felicis recordacionis Urbanus papa VI predecessor noster omnes dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura quorumcunque per assecucionem pacificam aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet per eum seu auctoritate litterarum suarum, tunc collatorum et in

antea conferendorum eisdem, tunc vacancia (vel) imposterum vacatura, collacioni et disposicioni sue reservans decrevit extunc irritum et inane, si secus super hiis a quocunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Et deinde idem predecessor dilecto filio Johanni Pomerano custodi ecclesie Warmiensis [1], in qua maiores, medie et minores prebende fore noscuntur, de canonicatu sub expectacione unius ex huiusmodi maioribus prebendis necnon dignitatis vel personatus seu officii cum cura vel sine cura eiusdem ecclesie per suas litteras provideri mandavit et voluit inter cetera, quod idem Johannes, quamprimum dictarum litterarum vigore dignitatem vel personatum seu officium curatum foret pacifice assecutus, archidiaconatum Pomeranie in ecclesia Wladislauiensi, quem idem Johannes tunc temporis obtinebat quemque [a] extunc idem predecessor vacare decrevit, omnino dimittere teneretur, prout in eisdem litteris plenius continetur. Postmodum vero dicto archidiaconatu ex eo vacante, quod idem Johannes custodiam dicte ecclesie Warmiensis, que dignitas est, tunc certo modo vacantem, vigore dictarum litterarum sibi collatam eodem predecessore vivente extiterat pacifice assecutus, idem predecessor volens te [b], qui ut asserebas ex utroque parente de militari genere procreatus existebas, apud eum de nobilitate generis, vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gracioso, predictum archidiaconatum, que dignitas curata non tam(en) maior post pontificalem in eadem ecclesia Wladislauiensi existit et ad quem quis per eleccionem non assumitur, cuiusque fructus, redditus et proventus quindecim marcharum argenti secundum communem extimacionem valorem annuum ut asserebas non excedebant, sic vacantem cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, videlicet VIII idus januarii, pontificatus sui anno decimo [2], apostolica tibi auctoritate contulit et de illo eciam providit ac decrevit, prout erat irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan esset [c] tunc vel imposterum contingeret attemptari. Non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie Wladislauiensis contrariis iuramento, confirmacione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis; aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis ac dignitatibus, personatibus vel officiis in ipsa Wladislauiensi ecclesia speciales, aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales apostolice Sedis vel legatorum eius litteras impetrassent, eciam si per eas ad inhibicionem, reservacionem et decretum vel alias quomodolibet esset processum, quibus omnibus idem predecessor te in assecucione dicti archidiaconatus voluit anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem dignitatum, personatuum vel officiorum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari; seu si venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Wladislauiensibus vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta esset Sede indultum, quod ad recepcionem vel provisionem alicuius minime tenerentur et ad id compelli non possent, quodque de dignitatibus, personatibus vel officiis ipsius Wladislauiensis ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis, ad eorum col-

6. [a] et quemque *Reg. Lat.* [b] tibi *Reg. Lat.* [c] essent *Reg. Lat.*

6. [1] *Johannes Pomeranus de Prussia, nationis Anglicanae in universitate Parisiensi procurator electus 1356. 4. V (M. Perlbach, Prussia scholastica: Die Ost- und Westpreussen auf den mittelalterlichen Universitäten in Mon. hist. Warmiensis VI [Braunsberg 1895] 9); magister artium Parisius, baccallarius in medicina »et a multis annis citra scolaris in iure canonico« et Ludovici regis et Elisabeth reginae senioris Ungariae clericus domesticus, ab Urbano VI de canonicatibus et praebendis Wratislaviensis et Cracoviensis ecclesiarum vacantibus intra annos 1378—1382 provisus (Crofta, Mon. Vat. Boh. V 66—67 nr 87), canonicus Cracoviensis a. 1390 (Kod. Kat. Krak. II 346 nr 523) † 15. IX. 1391 (Mon. Pol. hist. VI 661).* [2] *6. I. 1388.*

lacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeret provideri per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgencia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existeret, per quam litteris dicti predecessoris, si super hoc confecte fuissent, non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeret quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda esset in eisdem litteris mencio specialis; aut si presens non fores ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie Wladislauiensis solitum iuramentum, dummodo in absencia tua per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam accederes corporaliter illud prestares. Ne autem pro eo, quod super huiusmodi collacione et provisione littere apostolice dicti predecessoris superveniente obitu confecte non fuerunt, tu collacionis et provisionis ipsarum frustreris effectu, volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod eedem collacio et provisio perinde a data dicte diei videlicet VIII idus januarii, suum consequantur effectum, ac si super eis predicti predecessoris littere sub ipsius diei data confecte fuissent, prout superius enarratur, quodque presentes littere ad probandam plene collacionem et provisionem antedictas ubique sufficiant, nec ad id alterius probacionis adminiculum requiratur. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et constitucionis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud S. Petrum, quinto idus novembris, anno primo.

b.

Simili modo: Venerabilibus fratribus patriarche Gradensi [3] et episcopo Culmensi [4] ac dilecto filio preposito ecclesie Culmensis [5] salutem etc. Racioni congruit et convenit etc. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eundem Johannem Lopponi, vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem archidiaconatus iuriumque et pertinenciarum predictorum inducatis auctoritate nostra et defendatis inductum amoto exinde quolibet detentore, facientes eundem Johannem Lopponi vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi archidiaconatum, ut est moris, admitti sibique de ipsius archidiaconatus fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi. Non obstantibus omnibus supradictis; seu si prefatis episcopo et capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta Sede indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Contradictores auctoritate nostra etc. Datum ut supra.

7.

Romae, 9 novembris 1389.

Bonifacius IX Stephano tit. S. Marcelli presbitero cardinali decanatum ecclesiae Cracoviensis confert; cuius quidem collationis executionem abbatibus

6. [3] *Patriarcha Gradensis (Grado in Italia Superiori) Petrus referendarius S. P. 1389—1400 (Eubel, Hier. cath. m. ae. I² 266).* [4] *Reinhardus de Sayn iam 1385 electus episcopus Culmensis, consecratus 21. X. 1389 † 24. VIII. 1390 (Eubel l. c. 216).* [5] *Frater Bertoldus, qui 14. II. 1394 in Urkundenbuch des Bisthums Culm, ed. Dr C. P. Woelky (Danzig 1885) 311 nr 401 adnotatur.*

monasteriorum S. Blasii Romae et in Mogiła prope Cracoviam ac praeposito S. Michaelis Cracoviae mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 2161 A f. 42'—44 (XIX'—XXI; 44'—46), series De litteris dominorum cardinalium anno primo. *In fine litt.* Pro domino cardinali, Jac. de Teramo.

Bonifacius etc. dilecto filio Stephano tit. S. Marcelli presbitero cardinali[1] salutem etc. Dum exquisitam tue circumspeccionis industriam diligenter attendimus et paterna consideracione pensamus, quod tu Romanam ecclesiam, cuius honorabile membrum existis, tuorum honoras magnitudine meritorum, dignum reputamus et debitum, ut eam tibi reperias in exhibicione graciarum munificam et in tuis oportunitatibus liberalem. Dudum siquidem felicis recordacionis Urbanus papa VI predecessor noster, omnes dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura tunc apud Sedem apostolicam vacancia et inantea vacatura collacioni et disposicioni sue reservans, decrevit extunc irritum et inane, si secus super hiis a quocunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Et deinde decanatu ecclesie Craconiensis, quem venerabilis frater noster Dobrogostius episcopus Poznaniensis[2] tempore promocionis per dictum predecessorem facte de ipso ad ecclesiam Poznaniensem tunc vacantem obtinebat, per huiusmodi promocionem et munus consecracionis eidem episcopo de mandato dicti predecessoris apud dictam Sedem impensum, apud Sedem ipsam vacante, idem predecessor decanatum predictum sic vacantem dicto episcopo per eum nomine Camere apostolice usque ad beneplacitum predecessoris eiusdem regendum et gubernandum commendavit. Postmodum vero dicto predecessore per eum de dicto decanatu aliter non disposito, huiusmodi beneplacito durante, sicut Domino placuit sublato de medio, nos Divina favente clemencia ad apicem summi apostolatus assumpti, cum a nonnullis revocaretur in dubium, an aliquis preter Romanum pontificem post predicti predecessoris obitum de dignitatibus, personatibus, officiis aut aliis beneficiis ecclesiasticis per dictum predecessorem disposicioni sue reservatis et tempore obitus eiusdem predecessoris vacantibus disponere potuisset sive posset, ad huiusmodi ambiguitatis tollendum dubium per nostras litteras declaravimus: dignitates, personatus, officia et beneficia supradicta, que tempore obitus dicti predecessoris sic reservata vacabant, remansisse et remanere per huiusmodi reservacionem et decretum affecta, nullumque de illis preter Romanum pontificem ea vice potuisse sive posse (disponere)[a] quoquomodo, ac decrevimus irritum et inane, quidquid in contrarium a quocunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan erat tunc vel imposterum contingeret attemptari. Cum autem secundum premissa decanatus predictus adhuc ut prefertur vacare noscatur, nullusque de illo preter Romanum pontificem hac vice disponere potuerit sive possit, reservacione, declaracione et decretis obsistentibus supradictis, nos opportunitatibus tuis, ut incumbencia tibi expensarum onera, que te iugiter subire oportet, facilius supportare valeas, de alicuius subvencionis auxilio

7. [a] *verbum in Reg. Lat. omissum*

7. [1] *Stephanus Palasius episcopus Tudertinus promotus ante 1384. 22. VII obiit 24. IV. 1396 (Eubel, Hier. cath. m. ae. I² 44).* [2] *Dobrogostius (Dobrogost) de Nowy Dwór in Mazovia prope Varsoviam Łazenski, stemmate Nałęcz, ob rubedinem oculorum Wydrzyoko dictus, decretorum doctor Paduanus, canonicus Poznaniensis, decanus Cracoviensis aa. 1375, 1383 (Kod. Kat. Krak. II 575), episcopus Poznaniensis 1384—1394, archiepiscopus Gneznensis 1394—1401 (X. Dr Fijałek, Ustalenie chronologii biskupów włocławskich [Kraków 1894] 44).*

providere tibique specialem graciam facere volentes, decanatum predictum, cuius fructus, reditus et proventus centum et quinquaginta marcharum argenti secundum communem extimacionem valorem annuum ut asseritur non excedunt, sive ut prefertur sive alias quovis (modo)[a] vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, eciam si decanatus ipse curatus et dignitas eciam maior post pontificalem in eadem ecclesia existat, et ad eum quis consveverit per eleccionem assumi, dummodo huiusmodi decanatus[a] ad nos duntaxat hac vice pertineat, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate peticionis instanciam, sed de nostra mera liberalitate, apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus; decernentes prout est irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel imposterum contigerit attemptari. Non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie Cracouiensis contrariis iuramento, confirmacione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis; aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus, personatibus vel officiis in dicta ecclesia Cracouiensi speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales predicte Sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, eciam si per eas ad inhibicionem, reservacionem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus te in assecucione dicti decanatus volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem dignitatum, personatuum vel officiorum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari; seu si venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Cracouiensi vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad recepcionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint, quodque de dignitatibus vel officiis aut aliis beneficiis ad eorum collacionem, provisionem, presentacionem, eleccionem seu quamvis aliam disposicionem communiter vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgencia generali vel speciali cuiusque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gracie impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mencio specialis; aut si presens non fueris ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius Cracouiensis ecclesie solitum iuramentum, ad quod prestandum, dummodo per procuratorem ydoneum illud prestes, te volumus non teneri. Nos enim tecum, ut dictum decanatum libere recipere et una cum ecclesia S. Marcelli de Urbe, que titulus tui cardinalatus existit, ac prioratibus, dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus et prebendis, ecclesiis et aliis beneficiis ecclesiasticis secularibus et regularibus, cum cura vel sine cura, que obtines et expectas et in quibus et ad que ius tibi quomodolibet competit, quecunque, quotcunque vel qualiacunque fuerint, retinere libere et licite valeas, generalis Concilii et quibuscunque aliis constitucionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus supradictis contrariis non obstantibus, auctoritate predicta de uberioris dono gracie motu simili dispensamus, proviso, quod decanatus, prioratus, dignitates, personatus, officia, canonicatus, prebende, ecclesie et alia beneficia supradicta debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur. Nulli ergo etc nostre collacionis, provisionis, constitucionis, voluntatis et dispensacionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, quinto idus novembris, pontificatus nostri anno primo.

Simili modo... S. Blasii de Canto securo *(?)* de Urbe et in... Mogila alias in Clara-

tumba Cracouiensis dioc. monasteriorum abbatibus [3] ac preposito ecclesie S. Michaelis in castro Cracouiensi [4]... Dum exquisitam dilecti filii >< Datum ut supra.

8.

Romae, 9 novembris 1389.

Bonifacius IX Petro abbati electo, ut regimen monasterii ordinis Cisterciensis in Grissow, de cuius provisione litterae Urbani VI confectae non fuerant, suscipiat, mandat. Sequuntur duo mandata: conventui eiusdem monasterii, ut obedientiam eidem abbati exhibeat, necnon Nicolao abbati monasterii in Heinrichow, ut eundem Petrum abbatem favore prosequatur.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 5 f. 187—188 (CLXXXVIII—CLXXXVIIII), series De provisionibus prelatorum anno primo. *In fine litt.* N. XXII, XI, XI de Benevento.
Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 123 nr 194.

a.

Bonifacius etc. dilecto filio Petro abbati monasterii in Grissow Cisterciensis ordinis Wratislauiensis dioc. [1] salutem etc. Decens reputamus et congruum, ut ea, que de Romani pontificis providencia processerunt, licet littere super illis apostolice confecte non fuerint, suum sorciantur effectum. Dudum siquidem quondam Henrico abbate monasterii in Grissow Cisterciensis ordinis Wratislauiensis diocesis regimini eiusdem monasterii presidente, felicis recordacionis Urbanus papa VI predecessor noster, cupiens eidem monasterio, cum vacaret, per apostolice Sedis providenciam utilem et ydoneam presidere personam, provisionem ipsius monasterii ordinacioni et disposicioni sue reservans decrevit extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret (attemptari) [a]. Postmodum vero dicto monasterio per obitum eiusdem Henrici abbatis, qui extra Romanam curiam decessit, vacante, dilecti filii conventus dicti monasterii reservacionis et decreti predictorum forsan ignari, te monachum dicti monasterii ordinem ipsum expresse professum et in sacerdocio constitutum in eorum et dicti monasterii abbatem concorditer elegerunt licet de facto, tuque reservacionis et decreti predictorum similiter inscius eleccionem huiusmodi illius tibi presentato decreto consensisti similiter de facto, et eleccionem eandem a dilecto filio Nicolao abbate in Henrichow [2] ordinis et diocesis predictorum patre abbate dicti in Grissow monasteriorum, reservacionem et decretum predicta eciam ignorante, cum ex tam institutis dicti

7. [3] *Petrus Lipko abbas monasterii ord. Cisterciensis in Mogila prope Cracoviam 1376—1390 (Kętrzyński W., Excerpta ex libro mortuorum monasterii Mogilensis in Mon. Pol. hist. V [Lwów 1888] 812).* [4] *Praepositus ecclesiae collegiatae S. Michaelis tum temporis ignotus; verisimiliter Johannes de Rzeszów, qui tum et canonicus Cracoviensis a. 1394, deinde a. 1411 etiam Petri episcopi Cracoviensis in spiritualibus et temporalibus vicarius generalis, demum a. 1412 archiepiscopus Haliciensis fuisse deprehenditur (Kod. Kat. Krak. II 187, 354, 373 nr 398, 529, 538).*

8. [a] *deest in Reg. Lat.*

8. [1] *Grissovia, Krzesobór, Grüssau ad fl. Bober in Silesia diocesis Wratislaviensis; monasterium ibidem filiale abbatiae in Henryków.* [2] *Henryków abbatia S. Mariae ord. Cisterciensis ad Olaviam fluvium in Silesia dioc. Wratislaviensis.*

ordinis per Sedem predictam ex certa sciencia approbatis, quam eciam de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine ad abbatem (in) Henrichow, qui est pro tempore, eleccionis abbatis in Grissow monasteriorum predictorum confirmacio alias pertineat, obtinuisti auctoritate ordinaria confirmari eciam de facto, teque administracioni bonorum eiusdem monasterii in Grissow immiscuisti similiter de facto; ac tandem reservacione et decreto predictis ad tuam deductis noticiam, huiusmodi eleccionis et confirmacionis negocium proponi fecisti in consistorio coram predecessore predicto, idemque predecessor eleccionem et confirmacionem predictas et quecunque inde secuta, utpote post et contra reservacionem et decretum predicta de facto ut prefertur attemptata, irrita prout erant et inania reputans et ad provisionem dicti monasterii in Grissow celerem et felicem, de qua nullus preter eundem predecessorem ea vice se intromittere potuerat neque poterat reservacione et decreto obsistentibus supradictis, ne monasterium ipsum in Grissow longe vacacionis detrimenta subiret, paternis et solicitis studiis intendentes post deliberacionem, quam de preficiendo eidem monasterio in Grissow personam utilem et eciam fructuosam cum fratribus suis sancte Romane ecclesie cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, habuit diligentem, demum ad te, cui de religionis zelo, litterarum sciencia, vite mundicia, honestate morum, spiritualium providencia et temporalium circumspeccione aliisque multiplicium virtutum donis apud ipsum predecessorem fidedigna testimonia perhibeantur, direxit oculos sue mentis, quibus omnibus necnon dictorum conventus te eligencium concordi voluntate attenta meditacione pensatis, idem predecessor de persona tua sibi et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigenciam meritorum accepta eidem monasterio in Grissow de eorundem fratrum consilio videlicet IIII idus junii, pontificatus sui anno decimo [3], apostolica auctoritate providit teque illi prefecit in abbatem et que per te alias rite circa regimen et administracionem dicti monasterii in Grissow gesta fuerant, ratificavit et eciam approbavit, curam et administracionem ipsius monasterii in Grissow tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, ac voluit idem predecessor, quod in dicto monasterio in Grissow solitus monachorum et ministrorum numerus nullatenus minueretur. Cum autem postmodum prefatus predecessor litteris apostolicis super huiusmodi provisione non confectis rebus fuerit, sicut Domino placuit, humanis exemptus, nos, divina favente clemencia ad apicem summi apostolatus assumpti, volentes, quod premissa plenum sorciantur effectum ac in Eo, qui dat gracias et largitur premia, confidentes, quod dirigente Domino actus tuos prefatum monasterium in Grissow per tue circumspeccionis industriam et studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi a Domino onus regiminis dicti monasterii in Grissow suscipiens reverenter sic te in eius cura salubriter exercenda diligentem exhibeas et eciam studiosum, quod monasterium ipsum in Grissow gubernatori provido et eciam fructuoso administratori gaudeat se commissum, tuque proinde preter eterne retribucionis premium nostram et dicte Sedis benediccionem et graciam uberius consequi merearis. Datum Rome apud S. Petrum, quinto idus novembris, anno primo.

b.

Simili modo: Dilectis filiis conventui monasterii in Grissow Cisterciensis ordinis Wratislauiensis dioc. salutem etc. Decens reputamus etc. Discrecioni vestre per aposto-

8. [3] *10. VI. 1387.*

lica scripta mandamus, quatenus eundem Petrum abbatem tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedienciam et reverenciam debitam et devotam eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis, alioquin sentenciam, quam idem Petrus abbas rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfaccionem condignam inviolabiliter observari. Datum ut supra.

c.

Eodem modo: Dilecto filio Nicolao abbati monasterii in Heynrichow Cisterciensis ordinis Wratislauiensis dioc. salutem etc. Decens reputamus etc., ut idem Petrus abbas in commissa sibi cura predicti monasterii, quod tibi ex institutis dicti ordinis per Sedem apostolicam ex certa sciencia approbatis subesse dinoscitur, facilius proficere valeat, tuus favor ei noscatur plurimum oportunus; discrecionem tuam rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus predictum Petrum abbatem et commissum sibi monasterium ordinario tibi iure subiectum habens pro nostra et dicte Sedis reverencia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus dicti monasterii in Grissow sic eos tui favoris presidio prosequaris, quod ipse Petrus abbas tui favoris fultus auxilio in commisso sibi eiusdem monasterii regimine se possit utilius exercere, tuque divinam misericordiam et nostram ac dicte Sedis benediccionem et graciam valeas exinde uberius promoveri. Datum ut supra.

9.

Romae, 9 novembris 1389.

Bonifacius IX Nicolao de Wolavia de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae Olomucensis providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Monopolitano, abbati monasterii S. Mariae in Arena Wratislaviae et officiali Wratislaviensi mandat.

Arch Vat., Reg. Lateran. T. 7 f. 157—158 (CLVII—CLVIII), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XIIII, XVI de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V[1] *130 nr 204.*

Bonifacius... Nicolao de Wolauia canonico Olomucensi [1]... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Olomucensis... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... quod hodie tibi de Wratislauiensis et Cracouiensis eciam sub unius dignitatum, personatuum seu officiorum cum cura vel sine cura cuiuslibet earundem necnon de Warmiensis, ecclesiarum, canonicatibus sub expectacionibus prebendarum per quasdam duximus providendum, ac de uno vel duobus be-

9. [1] *Wołowa, Wolavia, Alt Wohlau oppidum ad fluvium Oderam infra Wratislaviam. — Nicolaus de Wolavia tempore ineuntis schismatis canonicus Poznaniensis »occulte« Wratislaviam intravit; cum percepisset, »quod clerus et populus papae Urbano firmiter adhaereret, apparere non praesumpsit«, quippe qui Clementi VII adhaesit (Johannis de Czarnków Cronica Polonorum in Mon. Pol. Hist. II 671).*

neficio seu beneficiis ecclesiastico seu ecclesiasticis, eciam si ipsum unum vel ipsorum duorum alterum curatum seu dignitas vel personatus aut officium cum cura vel sine cura et huiusmodi dignitas in collegiata ecclesia principalis foret, ad quorumcunque collacionem... pertinente vel pertinentibus, in civitate vel diocesi Wratislauiensi... per alias nostras litteras graciose mandavimus privideri... Datum Rome apud S. Petrum, quinto idus novembris, anno primo.

Simili modo... episcopo Monopolitano[2] et... abbati monasterii S. Marie in Arena extra muros Wratislauienses[3] ac... officiali Wratislauiensi[4] >< Datum ut supra.

10.

Romae, 9 novembris 1389.

Bonifacius IX Nicolao de Wolavia de canonicatu ecclesiae Warmiensis sub expectatione maioris praebendae providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Monopolitano, abbati monasterii S. Vincentii Wratislaviae et officiali Warmiensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 7 f. 155'—157 (CLV'—CLVII), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XV, XVII de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 131 nr 205.

Bonifacius... Nicolao de Wolauia canonico Warmiensi[1]... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere specialem... canonicatum ecclesie Warmiensis, in qua maiores, medie et minores ac distincte prebende fore noscuntur, cum plenitudine iuris canonici apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, ac unam de huiusmodi maioribus prebendis, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit,... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... quod hodie tibi ut asseris de Wratislauiensis et Cracouiensis eciam sub unius dignitatum, personatuum seu officiorum cum cura vel sine cura cuiuslibet earundem, necnon de Olomucensis, ecclesiarum, canonicatibus sub exspectacionibus praebendarum per quasdam duximus providendum[1], ac de uno vel duobus beneficio seu beneficiis ecclesiastico seu ecclesiasticis, eciam si ipsum unum vel ipsorum duorum alterum curatum seu dignitas vel personatus aut officium cum cura vel sine cura et huiusmodi dignitas in collegiata ecclesia principalis foret, ad quorumcunque collacionem... pertinente vel pertinentibus, in civitate vel diocesi Wratislauiensi vacante vel vacantibus aut vacaturo vel vacaturis, per alias nostras litteras graciose mandavimus provideri... Datum Rome apud S. Petrum, quinto idus novembris, anno primo.

Simili modo..... episcopo Monopolitano[1] et... abbati monasterii sancti Wincencii extra muros Wratislauienses[2] ac officiali Warmiensi[3] >< Datum ut supra.

9. [2] *Episcopus Monopolitanus (Monopoli in Italia Inferiori) Petrus (Caffarinus) ab Urbano VI provisus † 1391 (Eubel, Hier. cath. m. ae. I² 346—7).* [3] *Henricus Gallici.* [4] *Georgius Fulschussil.*

10. [1] *Vid. Nrm 9.* [2] *Vid. Nrm 2.* [3] *Henricus Heilsberg (Cod. dipl. Warmien. I.I 199 nr 233), postmodum episcopus Warmiensis 1401 † 1415.*

11.

Romae, 9 novembris 1389.

Bonifacius IX Johanni Wengershusen de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Wratislaviensi providet; cuius quidem provisionis executionem patriarchae Gradensi, abbati monasterii S. Mariae in Arena et decano ecclesiae S. Crucis extra Wratislaviam mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 127—128' (CXXVII—CXXVIII'), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litterarum* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. N. de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 132—3 nr 208.

Bonifacius... Johanni Wengershusen canonico Wratislauiensi... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Wratislauiensis... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... aut quod hodie tibi de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura vacante vel vacaturo ad collacionem... episcopi et capituli predictorum (Wratislauiensium) ac... prepositi, decani, thesaurarii, scolastici singulorumque canonicorum et personarum eiusdem ecclesiae... pertinente per alias nostras litteras graciose mandavimus provideri... Datum Rome apud S. Petrum, quinto idus novembris, anno primo.

Simili modo... patriarche Gradensi [1] et... abbati monasterii B. Marie in Arena [2] ac decano ecclesie S. Crucis extra muros Wratislauienses [a] >< Datum ut supra.

12.

Romae, 9 novembris 1389.

Bonifacius IX Dyetwino de Wratislavia magistro in medicina et in artibus de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Wratislaviensi providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Tudensi, abbati monasterii S. Mariae in Arena extra Wratislaviam et officiali Wratislaviensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 6 f. 125'—127 (CXXV'—CXXVII), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac(obus) X ½, XII ½ [a] de Teramo.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 133 nr 209.

Bonifacius... Dyetwino de Wratislauia canonico Wratislauiensi, magistro in medicina... Litterarum sciencia, vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi, qui eciam magister in artibus existis... graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Wratislauiensis... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, prebendam

11. [a] *in Reg. Lat. correctum ex* ac decano ecclesie S. Johannis Wratislauiensis *adiuncta nota* Correctum de mandato. N. de Benevento

11. [1] *Petrus referendarius summi pontificis de patriarchatu Gradensi provisus circa a. 1389—1400 (Eubel l. c. 266).* [2] *Henricus Gallici, vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 2.*

12. [a] *in Reg.* X 3, XII 3

vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... aut quod ut asseritur in sancti Petri in Brunna Olomucensis dioc. canonicatum et prebendam et quoddam altare in sancte Elizabeth Wratislauiensi ecclesiis nosceris obtinere. Datum Rome apud S. Petrum, quinto idus novembris, pontificatus nostri anno primo.

Simili modo... episcopo Tudensi[1] et... abbati monasterii S. Marie in Arena extra muros Wratislauienses[2] ac officiali Wratislauiensi[3] >< Datum ut supra.

13.

Romae, 9 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Wratislaviensi, ut Dyetwino phisico de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae Wratislaviensis provideat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 172—173 (CLXXII—CLXXIII), series De prebendis vacaturis anno primo. *In fine litt.* N. XXII de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 133 nr 209 in nota.

Bonifacius... officiali Wratislauiensi[1]... Dignum arbitramur et congruum, ut illis se reddat Sedes apostolica graciosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Volentes igitur... Dyetwinum phisicum, canonicum ecclesie sancti Petri in Brunna Olomucensis diocesis, qui ut asseritur in artibus magister existit... favore prosequi gracioso, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si post diligentem examinacionem eundem Dyetwinum ad hoc ydoneum esse reppereris... ei de canonicatu ecclesie Wratislauiensis cum plenitudine iuris canonici auctoritate nostra provideas... prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam eidem Dyetwino... donacioni tue eadem auctoritate reserves... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, quinto idus novembris, anno primo.

14.

Romae, 9 novembris 1389.

Bonifacius IX Alardo Johannis Alardi de Molendino de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae Wratislaviensis providet; cuius quidem provisionis executionem abbati monasterii S. Mariae in Arena extra Wratislaviam, praeposito Brixinensi et officiali Wratislaviensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 18—19' (XVIII—XVIIII'), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sin. ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro socio. Jac. de Teramo.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 131 nr 206.

Bonifacius... magistro Alardo Johannis Alardi de Molendino canonico Wratislauiensi, scriptori et familiari nostro... Grata tue familiaritatis et devocionis obsequia... Volentes itaque tibi, qui eciam litterarum apostolicarum abbreviator existis... conside-

---

12. [1] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [2] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 2.* [3] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.*

13. [1] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.*

racione... Philippi episcopi Ostiensis[1] pro te dilecto capellano suo nobis super hoc humiliter supplicantis, graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Wratislauiensis... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... quod ut asseritur canonicatum et prebendam ac supplementum Traiectensis obtines, ac super S. Sebastiani Magdeburgensis in palacio apostolico litigas, et dudum tibi de Padeburnensis maioribus[a] prebendis tunc certo modo vacantibus fuit apostolica auctoritate provisum, et quod hodie tibi de Warmiensis sub expectacione prebende canonicatibus, in quibus quidem S Sebastiani et Padeburnensi ac Warmiensi ecclesiis maiores, medie et minores prebende fore noscuntur, quos quidem S. Sebastiani, dum Warmiensis canonicatus et maiores prebendas fueris pacifice assecutus, si ipsos canonicatum et prebendam S. Sebastiani interim evincas et assequaris, omnino dimittere, alioquin omni iure tibi in eis seu ad eos quomodolibet competenti cedere tenearis, et tibi de dignitate vel personatu aut officio dicte Traiectensis seu alicuius collegiatarum civitatis et diocesis Traiectensium, ac de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura ad collacionem... episcopi Leodiensis et... prepositi, decani, archidiaconorum, scolastici, thesaurarii, custodis, cantoris, capituli, canonicorum et personarum Leodiensis, eciam si canonicatus et prebenda ipsius Leodiensis ecclesiarum fuerit, communiter et divisim pertinente, vacantibus vel vacaturis, per diversas alias nostras litteras graciose mandavimus provideri; quas quidem litteras et processus habitos per easdem et quecunque inde secuta, quoad incompatibile dumtaxat, cum dignitatem vel personatum aut curatum officium vel beneficium fores pacifice assecutus, extunc cassamus et irritamus ac nullius esse volumus roboris vel momenti. Volumus autem, quod quamprimum vigore presencium huiusmodi canonicatum et prebendam Wratislauiensis fueris pacifice assecutus, prefatos canonicatum et prebendam maiorem[b] Padeburnensis ecclesiarum... omnino, prout eciam ad id te sponte obtulisti, dimittere tenearis... Datum Rome apud S. Petrum, quinto idus novembris, anno primo.

Simili modo... abbati monasterii S. Marie in Arena extra muros Wratislauienses[2] et preposito Brixinensi[3] ac officiali Wratislauiensi[c][4] >< Datum ut supra.

15.

Romae, 9 novembris 1389.

Bonifacius IX magistro Alardo Johannis Alardi de Molendino scriptori ac familiari suo, qui etiam litterarum apostolicarum abbreviator existit, consideratione Philippi episcopi Ostiensis pro eo capellano suo supplicantis, de canonicatu sub expectatione maioris praebendae in ecclesia Warmiensi providet; cuius quidem provisionis executionem praepositis Brixinensi et Pomezanensi ac officiali Pomezanensi mandat.

---

14. [a] et maioribus *Reg. Lat.* [b] maiorem *omisit Crofta* [c] *in Reg. Lat. sequuntur cancellata:* ac Warmien. ecclesiis

14. [1] *Philippus de Alenconio cardinalis, patriarcha Hierosolimitanus, postea episcopus Sabinensis, denique iam a. 1388 episcopus Ostiensis, vulgariter »de Alenconio« dictus, †16. VIII. 1397 (Eubel, Hier. cath.* I^2 *23).* [2] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 2* [3] *Brixen episcopatus et ducatus tum in provincia Salisburgensi, nunc post magnum bellum Bressanone in regno Italiae.* [4] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2,*

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 188—189' (CLXXXVIII—CLXXXVIIII'), series De prebendis vacaturis anno primo. *In fine litterarum* Pro socio. N. de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 132 nr 207.

Bonifacius... magistro Alardo Johannis Alardi de Molendino canonico Warmiensi, scriptori et familiari nostro... Grata tue familiaritatis et devocionis obsequia, que nobis et apostolice Sedi hactenus impendisti et adhuc solicitis studiis impendere non desistis, necnon... laudabilia probitatis et virtutum merita, quibus personam tuam... iuvari percepimus, nos inducunt, ut tibi reddamur ad graciam liberales. Volentes itaque tibi, qui eciam litterarum apostolicarum abbreviator existis... consideracione Philippi episcopi Ostiensis pro te dilecto capellano suo nobis huper hoc humiliter supplicantis graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Warmiensis, in qua maiores, medie et minores prebende fore noscuntur... apostolica tibi auctoritate conferimus et (de) illo eciam providemus, ac unam ex huiusmodi maioribus prebendis, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... aut quod ut asseritur canonicatum et prebendam ac supplementum Traiectensis obtines ac super S. Sebastiani Magdeburgensis in palacio apostolico litigas et dudum tibi de Padeburnensis et maioribus prebendis, in quibus quidem sancti Sebastiani et Padeburnensi ecclesiis maiores, medie et minores prebende fore noscuntur, tunc certo modo vacantibus fuit apostolica auctoritate provisum, quodque hodie tibi de Wratislauiensi sub expectacione prebende canonicatibus, quas quidem maiorem Padeburnensem, dum dicte Wratislauiensis canonicatus et prebendas fueris[a] pacifice assecutus, dimittere teneris, et de dignitate vel personatu aut officio predicte Traiectensis seu alicuius alterius collegiatarum civitatis et diocesis Traiectensium, ac de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura ad collacionem... episcopi Leodiensis et dilectorum filiorum prepositi, decani, archidiaconorum, thesaurarii, scolastici, custodis, cantoris et capituli singulorumque canonicorum et personarum Leodiensis, eciamsi canonicatus et prebenda ipsius Leodiensis ecclesiarum fuerit, communiter vel divisim pertinente, vacantibus vel vacaturis, per alias diversas nostras litteras graciose mandavimus provideri; quas quidem litteras et processus habitos per easdem et quecumque inde secuta, quoad incompatibile dumtaxat, cum huiusmodi dignitatem vel personatum aut curatum officium seu beneficium fueris pacifice assecutus, exnunc cassamus... Volumus autem, quod quamprimum vigore presencium huiusmodi canonicatum et maiorem prebendam Warmiensis fueris pacifice assecutus, predictos canonicatum et prebendam maiorem sancti Sebastiani Magdeburgensis ecclesiarum, super quibus ut premittitur litigas, si eos interim evincas et assequaris, quos extunc vacare decernimus, omnino dimittere, alioquin omni iuri tibi in eis seu ad eos quomodolibet competenti, prout ad id eciam te sponte obtulisti, cedere tenearis... Datum Rome apud S. Petrum, quinto idus novembris, anno primo.

Simili modo... Brixinensis[1] et Pomezaniensis ecclesiarum prepositis ac officiali Pomezaniensi[2] >< Datum ut supra.

15. [a] fuerit *Reg. Lat.*

15. [1] *Vid. supra p. 19 Nr 14 adn. 3.* [2] *Praepositus Pomezaniensis Johannes Reymanni de Cristburg aa. 1389, 1402 (Voigt J., Cod. d. Prussicus IV [Königsberg 1853] 91; Woelky, Cod. d. Warmiensis III 354 nr 371); officialis curiae episcopalis Pomezaniensis Johannes dictus Pusilia a. 1395 (Voigt l. c. V 102 nr 82).*

16.

Romae, 9 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Wratislaviensi, ut Henrico dicto Spilner clerico Wratislaviensis diocesis de canonicatu sub expectatione praebendae, dignitatis, personatus vel officii in ecclesia Wratislaviensi provideat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 191—192 (CXCI—CXCII), series De prebendis et dignitatibus vacaturis anno primo. *In margine sinistro litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXIII de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 135 nr 214.

Bonifacius... officiali Wratislauiensi [1]... Dignum arbitramur... Volentes igitur... Henricum dictum Spilner clericum Wratislauiensis diocesis... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatinus, si post diligentem examinacionem dictum Henricum ad hoc ydoneum esse reppereris... ei de canonicatu ecclesie Wratislauiensis... provideas... et si per diligentem examinacionem dictum Henricum... ydoneum ad dignitatem vel personatum ipsius ecclesie obtinendum esse reppereris... prebendam necnon dignitatem vel personatum seu officium... et si forte ita esse non inveneris... dummodo ipsum alias... ad obtinendum prebendam et officium sine cura ydoneum esse reppereris... prebendam et officium sine cura duntaxat, si que vel si qui aut si qua in dicta ecclesia vacant ad presens vel cum vacaverint... conferendas vel conferendos seu conferenda eidem Henrico... donacioni tue auctoritate nostra reserves... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum. quinto idus novembris, anno primo.

17.

Romae, 10 novembris 1389.

Bonifacius IX Johanni Manco apostolicae Camerae clerico, ad Hungariae et Poloniae regna ac provinciam Gneznensem cum omnimoda potestate destinato, collectorum computa examinandi facultatem concedit.

Arch. Vat., 1. Reg. Vat. T. 312 f. LXXVI—LXXVII. In fine litt. ex parte dextra De Curia. H. de Susato, *ex sinistra* F. de Lanz(eis). — *2. Reg. Vat. T. 347 f. L—LI cum multis correcturis. In margine dextro ad init. litt.* Commissio videndi quecunque computa collectorum etc. et exigendi ab eis cum auctoritate procedendi et corrigendi ac puniendi ac absolvendi et dispensandi.

Ed. (in excerpto ex 2. Reg. Vat.) Monumenta Vaticana historiam regni Hungariae illustrantia. Series 1. Tomus IV Bullae Bonifacii IX P. M. Pars altera 1396—1404 (Budapest 1889). Appendix 609—610 nr 1A.

Reg. 1. Bibl. Vat., Ottoboniana T. 723 f. 8: continet summarium ex 1. Reg. Vat. 2. Abraham Wł., Sprawozdanie II 79.

Bonifacius etc. dilecto filio Johanni Manco canonico Neapolitano, apostolice Camere clerico [1], salutem etc. Cum te, de cuius diligencia, fidelitate et prudencia aliisque

16. [1] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.*

17. [1] *Anno 1390 post festum Penthecostes (22. V.) venerabilis Johannes Mancus necnon nobilis miles Lodwicus de Neapoli nuntii et legati eiusdem Bonifacii papae IX missi ad partes Litwaniae ad videndum, quomodo Litwani fidem servarent christianam (Voigt, Cod. d. Pruss. IV [1853] 106—108 nr LXXIV).*

virtutibus, quibus, prout experiencia certa nobis innotuit, te Dominus insignivit, pro certis arduis nostris et apostolice Camere per nos tibi commissis negociis ad Vngarie et Polonie regnorum ac provincie Gneznensis et nonnullas alias partes presencialiter destinemus, discrecioni tue auctoritate nostra vocandi ad presenciam tuam omnes et singulos collectores et succollectores fructuum et proventuum Camere apostolice, in eorundem regnorum ac provincie partibus debitorum, apostolica vel alia quavis auctoritate hactenus deputatos, necnon commissarios et locatenentes eorum, quocunque nomine nuncupentur, et inquisitores heretice pravitatis ac eciam predicatores verbi Crucis per nos seu auctoritate apostolica ad ipsorum regnorum et provincie partes predictas transmissos, ipsosque ad exhibendum tibi libros seu quaternos, in quibus recepta, exacta, soluta et gesta per eos et quemlibet eorum nomine et occasione dicte Camere ac eciam huiusmodi collectorie, locumtenencie, inquisicionis et predicacionis pretextu describuntur, necnon de huiusmodi receptis, exactis, solutis et gestis raciones et computa reddendum et reliqua tibi consignandum appellacione cessante compellendi et huiusmodi raciones et computa videndi, calculandi et examinandi, necnon super premissis omnibus summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii inquirendi diligencius veritatem, teque de illis informandi, ac ab eisdem collectoribus, succollectoribus et commissariis, locatenentibus, inquisitoribus et predicatoribus verbi Crucis illa, que ex receptis et exactis per eos nomine predicto restant ad solvendum, et huiusmodi tibi per nos commissorum negociorum prosecucione durante quovis modo nomine predicto recipient, petendi, exigendi, recuperandi et recipiendi, ipsosque collectores et succollectores, commissarios, locatenentes, inquisitores et predicatores verbi Crucis de hiis, que dicte Camere vel pro ea seu tibi legittime solverint, quitandi, absolvendi et perpetuo liberandi; et nichilominus illos ex collectoribus, succollectoribus, commissariis, locatenentibus, inquisitoribus et predicatoribus verbi Crucis, quos per informacionem et inquisicionem huiusmodi deliquisse seu excesisse reppereris, in premissis corrigendi et puniendi iuxta canonicas sancciones, ipsosque, si tuis mandatis parere contempserint et tibi videatur, ut certo competenti[a] peremptorio termino per te illis prefigendo conspectui apostolico personaliter se representent pro meritis recepturi, citandi, contradictores quoque et rebelles, cuiuscumque status, gradus, ordinis, preeminencie vel condicionis existant, eciam si pontificali vel alia quavis ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, quandocunque et quocienscunque expedierit, eadem auctoritate per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendi, ac illos ex collectoribus, succollectoribus, commissariis, locatenentibus, inquisitoribus et predicatoribus verbi Crucis, qui tuorum mandatorum fuerint contemptores, ab eorum officiis ad tempus, de quo tibi videbitur, suspendendi et invocandi ad hoc, si opus fuerit, auxilium brachii secularis; illos insuper, qui sentencias propterea per te ferendas incurrerint quovismodo, ab eisdem sentenciis, si hoc humiliter pecierint, post satisfaccionem debitam absolvendi in forma Ecclesie consveta, iniunctis eorum singulis pro modo culpe penitencia salutari et aliis que de iure fuerint iniungenda, et cum eis super irregularitate, si quam celebrando divina vel immiscendo se illis, non tamen in contemptum clavium, contraxerint, ipsis prius a suorum ordinum ad tempus, de quo tibi expediens videatur, execucione suspensis, dispensandi, non obstantibus tam felicis recordacionis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri, et de una et de duabus dietis in concilio generali, quam aliis constitucionibus apostolicis contrariis quibuscunque, seu si prefatis collectoribus, succollectoribus, commissariis, locatenentibus, inquisitoribus et predicatori-

17. [a] competenti et *Reg. Vat. T. 312.*

bus verbi Crucis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, plenam et liberam concedimus auctoritate apostolica tenore presencium facultatem. Volumus autem, tibique in virtute sancte obediencie districte precipiendo mandamus, quatenus de forma et citacionibus huiusmodi, si quas feceris et de hiis, que alias egeris in premissis, gentes dicte Camere certificare, necnon illa, que propterea recipere te continget, cum vero inventario ad eandem Cameram per cambium vel alium tutum modum fideliter et quantocius transmittere non postponas. Sic igitur in premissis fideliter, solicite et prudenter te habere studeas, quod exinde apud nos et Sedem predictam amplius non immerito valeas commendari. Datum Rome apud S. Petrum, IIII idus novembris, pontificatus nostri anno primo.

18.

Romae, 10 novembris 1389.

Bonifacius IX Johanni Manco apostolicae Camerae clerico, ad Hungariae et Poloniae regna destinato, cum duodecim personis super defectu natalium dispensandi concedit facultatem.

Arch. Vat., Reg. Vat. T. 312 f. LXXVII—LXXVIII. In fine litt. ex parte dextra De curia. N. de Piperno, *ex sinistra* F. de Lanz(eis).

Reg. Abraham Wl., Sprawozdanie II 79.

Bonifacius etc. dilecto filio Johanni Manco canonico Neapolitano, apostolice Camere clerico [1], salutem etc. Cum te ad Vngarie et Polonie regnorum partes pro quibusdam per nos tibi commissis negociis personaliter destinemus, nos volentes tuam honorare personam, ut per [a] honorem tibi exhibitum aliis te valeas reddere graciosum, cum duodecim personis illarum parcium, quas duxeris eligendas, ex damnato quovis coitu preterquam de incestuoso, vel prelatis aut religiosis defectum natalium pacientibus, quod earum quelibet, huiusmodi non obstante defectu, ad omnes eciam sacros ordines promoveri et unum beneficium ecclesiasticum, eciam si curam habeat animarum, recipere et retinere libere et licite possit, dummodo huiusmodi persone non fuerint paterne incontinencie imitatrices [b], sed bone conversacionis et vite aliasque eis merita suffragentur ad huiusmodi dispensacionis graciam obtinendam, prout secundum Deum ipsarum personarum animarum saluti videris expedire, auctoritate apostolica hac vice duntaxat dispensandi plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem. Datum Rome apud S. Petrum, IIII idus novembris, pontificatus nostri anno primo.

19.

Romae, 10 novembris 1389.

Bonifacius IX Johanni Manco apostolicae Camerae clerico, ad Hungariae et Poloniae regna destinato, tabellionatus officium sex personis concedendi dat facultatem, adiuncta formula iuramenti.

18. [a] post *Reg. Vat.* [b] imtatrices *l. c.*

18. [1] *Vid. supra p. 21 Nr 17 adn. 1.*

Arch. Vat., 1. Reg. Vat. T. 312 f. LXXVII'—LXXVIII'. In fine litt. ex parte dextra De curia. Marcus, *ex sinistra* F. de Lanz(eis). — *2. Reg. Vat. T. 347 f. LI—LII cum correcturis. In margine dextro ad init. litt.* Facultas concessa nuncio apostolico creandi sex notarios eciam coniungatos.

Ed. (in excerpto ex 2. Reg. Vat. T. 347) Monumenta Vaticana Hungariae T. IV 661 nr I B.

Reg. Abraham Wl., Sprawozdanie II 79.

Bonifacius etc. dilecto filio Johanni Manco canonico Neapolitano, apostolice Camere clerico [1], salutem etc. Ne contractuum memoria deperiret, inventum est tabellionatus officium, quo contractus legitimi ad cautelam presencium et memoriam futurorum manu publica notarentur. Unde interdum Sedes apostolica predictum officium personis, que ad illud reperiuntur ydonee, concedere consvevit, ut illud prudenter et fideliter ubilibet exequantur, et ad eas, cum necesse fuerit, in eis, que ad officium ipsum pertine(n)t, fiducialiter recurratur. Cum autem te ad Vngarie, Polonie regnorum partes pro quibusdam per nos tibi commissis negociis presencialiter destinemus, nos volentes tuam honorare personam, ut per honorem tibi exhibitum te aliis valeas reddere fructuosum, discrecioni tue predictum officium sex personis earundem parcium, quas ad id duxeris eligendas, eciam si ipse vel earum alique coniugate fuerint vel in sacris ordinibus constitute, si eas ad id per diligentem examinacionem ydoneas esse repp(er)eris, recepto prius ab earum singulis iuramento iuxta formam inferius annotatam, auctoritate apostolica hac vice duntaxat concedendi plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem.

Forma (iuramementi) autem, quod quelibet personarum ipsarum prestabit talis est: Ego.. diocesis.. ab hac hora inantea fidelis ero beato Petro et S. Romane Ecclesie ac domino meo domino Bonifacio pape VIIII suisque successoribus Romanis pontificibus canonice intrantibus. Non ero in consilio [a], consensu vel facto, ut vitam perdant aut membrum vel capiantur mala capcione. Consilium, quod mihi per se vel litteras aut nuncium manifestabunt, ad eorum damnum scienter nemini pandam. Si vero ad mei [b] noticiam aliquid devenire contingat, quod in periculum Romani pontificis aut ecclesie Romane vergeret seu grave damnum, illud pro posse impediam, et si hoc impedire non possem, procurabo bona fide id ad noticiam domini pape perferri. Papatum Romanum et regalia beati Petri ac iura ipsius Ecclesie specialiter, si que [c] eadem Ecclesia in civitate vel terra, de qua sum oriundus, habeat, adiutor eis ero ad defendendum et [d] retinendum et [e] recuperandum contra omnes homines. Tabellionatus officium fideliter exercebo. Contractus, in quibus exigitur consensus parcium, fideliter faciam nil addendo vel minuendo sine voluntate parcium, [f] ut scilicet nil addam vel minuam [f], quod substanciam contractus inmutet; si vero in conficiendo aliquod instrumentum unius solius partis sit requirenda voluntas, hoc ipsum faciam, ut scilicet nil addam vel minuam, quod immutet facti substanciam contra voluntatem ipsius. Instrumentum non conficiam de aliquo contractu, in quo sciam intervenire vel intercedere vim vel fraudem. Contractus in prothocollum redigam, et postquam in prothocollum redegero, maliciose non differam contra voluntatem illorum vel illius, quorum est contractus, super eo conficere publicum instrumentum [g]. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei ewangelia.

Datum Rome apud S. Petrum, IIII idus novembris, pontificatus nostri anno primo.

19. [a] consilio et auxilio *in formula iuramenti edita a Erler G., Der Liber cancelarie apostolice v. Jahre 1380 (Leipzig 1888)* [b] meam *l. c.* [c] qua *Reg. Vat. T. 312* [d] vel *ed. Erler* [e] seu *l. c.* [f—f] deest *l. c.* [g] salvo meo iusto et consveto salario *sequuntur l. c.*

19. [1] *Vid. supra p. 21 Nr 17 adn. 1.*

20.

Romae, 10 novembris 1389.

Bonifacius IX Johanni Manco Camerae apostolicae clerico super decimis exigendis in regnis Hungariae et Poloniae specialem potestatem concedit.

Arch. Vat., Arm. XXXIII T. 12 f. 126'—127 (CI'—CII). In fine litt. ex parte dextra De curia. Gotfridus, *ex sinistra* F. de Lanz(eis).

Reg. Abraham Wł., Sprawozdanie (II) 145.

Bonifacius etc dilecto filio Johanni Manco canonico Neapolitano [1], apostolice Camere clerico, salutem etc. Ad audienciam nostram pervenit, quod cum in Vngarie et Polonie regnis per fe. re. Innocencium sextum, Vrbanum quintum, Gregorium undecimum et Vrbanum sextum Romanos pontifices. predecessores nostros, triennales aut biennales seu eciam annales decime omnium proventuum ecclesiasticorum, quos prelati et persone ecclesiastice, seculares et regulares ordinum quorumcunque, quibusdam de more exceptis, in eisdem regnis obtinerent, ac eciam diversa caritativa subsidia, quibusdam racionalibus tunc expressis exigentibus causis persolvenda et in relevamen onerum Camere apostolice incumbencium convertenda, sub certis formis fuerint imposita, nonnulli ex prelatis et personis huiusmodi partem et ratam ex decimis et subsidiis supradictis, eos contingentem, in terminis ad id deputatis vel eciam postea non solverunt, propter quod ipsi eorumque ecclesie et loca diversas excommunicacionis, suspensionis et interdicti propterea latas sentencias incurrerunt, illasque sustinuerunt et sustinent de presenti, nos igitur tam saluti animarum quam indemnitati dicte Camere, prout ad nostrum spectat officium, providere volentes, discrecioni tue, de qua in hiis et aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, quantum singuli ex archiepiscopis et episcopis regnorum predictorum cum eorum cleris pro singulis imposicionibus decimarum et subsidiorum predictorum, visis eciam antiquis et novis taxacionum eorum libris et registris ac inspectis et recensitis. solvere debuerunt, et quantum propterea exactum ab eis fuerit, quantumque ipsi solverunt, auctoritate nostra examines diligenter, et illud quod de hiis, que ex decimis et subsidiis antedictis, quorum videlicet omnium solucionum termini sunt transacti, ipsi archiepiscopi et episcopi cum dictis cleris solvere debuerunt, eos per examinacionem huiusmodi restare inveneris, ad solvendum ab eis nostro et ipsius Camere nomine petere, exigere et recipere, seu super eo cum illis, prout temporis qualitate et eorundem facultatibus consideratis tibi videbitur, si tamen, prout composueris, statim solvant cum effectu, componere et illud, in quo composueris, eciam ab eis petere, exigere et recipere, et ea, que dicta causa recipere te continget, quantocius commode et sine periculo poteris, ad eandem Cameram mittere non postponas. Nos enim tibi faciendi premissa, necnon solventes de receptis et alias iuxta composicionem huiusmodi quitandi et liberandi et eos, qui predictas sentencias vel earum aliquam incurrerunt, si hoc humiliter pecierint. ab eisdem sentenciis absolvendi in forma Ecclesie consveta, et cum illis ex ipsis, qui celebrando divina vel immiscendo se illis non tamen in contemptum clavium irregularitatis maculam contraxerunt, eis prius ad tempus, de quo tibi videbitur, a suorum ordinum execucione suspensis, dispensandi ac interdicta relaxandi, necnon contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque condicionis, status, ordinis vel preemi-

20. [1] *Vid. supra p. 21 Nr 17 adn. 1.*

nencie fuerint, eciam si pontificali vel quavis alia prefulgeant dignitate, quantumque et quocienscumque expedierit, auctoritate predicta per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia appellacione postposita compescendi et sentencias per te ferendas, quociens expedierit, aggravandi et nichilominus, si tibi videbitur, illos, ut certo eis ad hoc per te peremptorio competenti prefigendo termino se personaliter conspectui apostolico representent pro meritis recepturi, citandi et invocandi ad hoc, si opus fuerit, auxilium brachii secularis, non obstantibus tam felicis (recordacionis) Bonifacii pape VIII, predecessoris nostri, et de una et duabus dietis in concilio generali, quam aliis constitucionibus apostolicis contrariis quibuscunque; seu si archiepiscopis, episcopis aliisque prelatis, cleris et personis supradictis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presencium concedimus facultatem. Volumus autem, tibique adiicimus in mandatis, ut de forma et citacionibus huiusmodi, si quas feceris et de hiis, que alias egeris in premissis, clare, particulariter et distincte gentes dicte Camere quantocius certificare procures. Sic igitur premissa fideliter solicite et prudenter studeas execucioni debite demandare, quod exinde apud nos et dictam Sedem valeas de fidelitate, diligencia et prudencia merito commendari. Datum Rome apud S. Petrum, IIII idus novembris, pontificatus nostri anno primo.

21.

Romae, 10 novembris 1389.

Bonifacius IX Dobrogostio episcopo Poznaniensi, apostolicae Sedis nuncio, ut omnibus litteris per Urbanum papam VI et gentes Camerae apostolicae ei in officio proventuum dictae Camerae collectoris directis uti valeat, concedit facultatem.

Arch. Vat., Armar. XXXIII T. 12 f. 121$_3$ (LXXXXVI$_3$). In margine sinistro litterarum Indiccione XII, die jovis secunda mensis decembris assignata domino Johanni Manco, *in fine ex parte dextra* De curia. F. de Fiano.

Ed. Kodeks dypl. Wielkopolski III (Poznań 1879) 615 nr 1890 ex originali bulla, quae asservatur in Arch. Capituli metropol. Gneznensi nr 235.

Reg. 1. Lewicki A., Index actorum saec. XV (Mon. medii aevi hist. XI [Kraków 1888] 15 nr 115). — 2. Abraham Wł., Sprawozdanie (II) 145.

Adn. Uncinis inclusa ex similibus litteris eiusdem tomi magistro Hugolino de Malpiglis canonico Pisano *directis hic supplentur; litterae ad Dobrogostium registratae sunt eo modo:* Item simili modo scribitur Dobrogoscio episcopo Poznaniensi apostolice Sedis nuncio et sub eadem data.

(Bonifacius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio) Dobrogoscio episcopo Poznaniensi [1], apostolice sedis nuncio (salutem etc. Cum felicis recordacionis Urbanus papa sextus, predecessor noster immediatus, de tue fidelitatis et circumspeccionis industria plenam fiduciam habens, te in nonnullis partibus reddituum et proventuum Camere apostolice de-

21. [1] *Vid. supra p. 11 Nr 7 adn. 2.*

bitorum constituerit collectorem [2], nos, ut huiusmodi officium favorabilius prosequi possis et efficacius ad utilitatem ipsius Camere exequaris, tue discrecioni, ut huiusmodi officio et interim omnibus et singulis litteris per dictum predecessorum nostrum aut gentes prefate Camere tibi in officio predicto directis super quibuscunque negociis, utilitatem ipsius officii vel Camere prelibate continentibus, tam ceptis quam non ceptis, uti et contenta in eis exequi valeas, proviso tamen, quod aliquas exacciones et extorsiones iniustas et indebitas nullatenus facias, plenam concedimus tenore presencium facultatem. Datum Rome apud S. Petrum, IIII idus novembris, pontificatus nostri anno primo).

22.

Romae, 12 novembris 1389.

Bonifacius IX magistro Nicolao de Gliwice de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae S. Mariae Glogoviensis diocesis Wratislaviensis providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Tudensi et cancellario ac officiali Wratislaviensibus mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 6 f. 99—100 (XCVIIII—C), series De prebendis vacaturis anno primo. *In fine litterarum* Pro socio. N. de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 140 nr 222.

Bonifacius... magistro Nicolao de Glywicz [1] canonico ecclesie S. Marie Glogouiensis [2] Wratislauiensis diocesis, scriptori et familiari nostro... Grata tue familiaritatis et devocionis obsequia... Volentes itaque tibi, qui eciam abbreviator litterarum apostolicarum existis, graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Sancte Marie Glogouiensis Wratislauiensis diocesis cum plenitudine iuris canonici... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum illam vacare contigerit... conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... seu quod ut asseris canonicatum et prebendam in Wratislauiensi et quandam capellam sitam in parrochiali Nisensi [3] Wratislauiensis diocesis ecclesiis obtines, et hodie tibi de Olomucensis [4] ac nuper de Pragensis canonicatibus sub prebendarum ac eiusdem Pragensis ecclesiarum eciam sub dignitatis, personatus seu officii, cum cura vel sine cura, expectacionibus per alias nostras litteras providimus [5] et huiusmodi graciam in Pragensi ut premittitur tibi factam ad similem dignitatem, personatum

21. [2] *Fragmentum expensarum, quae fecit dictus Dobrogostus, postquam venerat de Curia Romana medio anno 1388 necnon regestrum eiusdem episcopi, qua collectoris in regno Poloniae, ex Archivo capituli Gneznensis ed. X. Jan Korytkowski (Arcybiskupi i prymasi gnieźnieńscy I [Poznań 1888] 748—750).*

22. [1] *Nicolaus de Glywicz, hodie Gliwice, Gleiwitz oppidum in Silesia Superiori diocesis Wratislaviensis, »artium baccalarius Studii Cracoviensis« tempore Kazimiri regis, canonicus Wratislaviensis, qui deinde renovatae Universitati Cracoviensi CC marcas in latis grossis legavit (Album studiosorum Univ. Crac. I [Cracoviae 1887] 9), tempore Urbani VI procurator episcopi et capituli Wratislaviensium in negotiis Camerae apostolicae fuit (Crofta l. c. 76, 94 nr 109, 146).* [2] *Glogowa Górna vel Głogówek, Oberglogau, opp. in Silesia Superiori, cum ecclesia collegiata a. 1379 erecta, diocesis Wratislaviensis.* [3] *Niza, Neiße civ. ad fl. Niza, Neiße, tum temporis episcoporum Wratislaviensium propria.* [4] *Olomuniec sedes episcopalis in Moravia in provincia Pragensi.* [5] *Vid. infra p. 28 Nr 23.*

vel officium in Wratislauiensi ecclesiis predictis extendi concessimus graciose, quam quidem concessionis graciam... exnunc cassamus... Datum Rome apud S. Petrum, secundo idus nouembris, pontificatus nostri anno primo.

Simili modo... episcopo Tudensi [6] et... cancellario ecclesie Wratislauiensis ac officiali Wratislauiensi [7] >< Datum ut supra.

23.

Romae, 12 novembris 1389.

Bonifacius IX magistro Nicolao de Gliwice de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae Olomucensis providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Tudensi et cancellario ac officiali Wratislaviensibus mandat.

Arch Vat., Reg. Lateran. T. 6 f. 100—101, series De prebendis vacaturis anno primo. *In fine litterarum* Pro socio. N. de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 140 nr 223.

Bonifacius... Nicolao de Glywicz canonico Olomucensi [1], scriptori et familiari nostro... Grata tue familiaritatis et devocionis obsequia... Volentes itaque tibi, qui eciam abbreviator litterarum apostolicarum existis, graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Olomucensis... apostolica tibi auctoritate conferimus... prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum illam vacare contigerit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... seu quod ut asseris canonicatum et prebendam in Wratislauiensi et quandam capellam sitam in parrochiali Nysensi ecclesiis obtines et hodie tibi de S. Marie Glogouiensis Wratislauiensis diocesis ac nuper de Pragensis canonicatibus sub prebendarum ac eiusdem Pragensis ecclesiarum eciam sub dignitatis, personatus seu officii, cum cura vel sine cura, expectacionibus per alias nostras litteras [2] graciose duximus providendum... Datum Rome apud S. Petrum, secundo [a] idus novembris, pontificatus nostri anno primo.

Simili modo... episcopo Tudensi et... cancellario ecclesie Wratislauiensis ac officiali Wratislauiensi >< Datum ut supra.

24.

Romae, 12 novembris 1389.

Bonifacius IX Paulo Nepronis de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Gneznensi providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Tudensi et monasteriorum in Tyniec et in Mogiła abbatibus mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 7 f. 100—101' (C—CI'), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XI $\frac{1}{3}$, XIII $\frac{1}{2}$ [a] de Theramo.

22. [6] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 2.* [7] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.*
23. [a] *in Reg. Lat. correctum ex* pridie *adiuncta nota* N. de Benevento
23. [1] *Vid. supra p. 27 Nr 22 adn. 1.* [2] *Vid. numerum praecedentem.*
24. [a] XI 3, XIII 3 *Reg. Lat.*

Bonifacius... Paulo Nepronis canonico Gneznensi[1]... Nobilitas generis, vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi, qui presbiter et ut asseris ex utroque parente de nobili genere procreatus existis... consideracione... Francisci tit. sancte Susanne presbyteri cardinalis[2] pro te dilecto capellano suo nobis super hoc humiliter supplicantis, graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Gneznensis... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero ipsius ecclesie, si qua vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... aut quod super parrochiali ecclesia Sancte Marie Cracouiensis in palacio apostolico litigas et dudum tibi de canonicatu et prebenda ecclesie Cracouiensis, tunc certo modo vacantibus, auctoritate apostolica mandatum extitit provideri[3]... Datum Rome apud S. Petrum, secundo idus novembris, anno primo.

Simili modo... episcopo Tudensi[4] et... Tinciensi ac de Mogila alias de Claratumba Cracouiensis diocesis monasteriorum abbatibus[5] >< Datum ut supra.

25.

Romae, 12 novembris 1389.

Bonifacius IX Johanni Nicolai de Busko de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Cracoviensi providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Perusino et praeposito ac decano ecclesiae S. Floriani extra Cracoviam mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 8 f. 102—103', series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. Jac. de Theramo.
Reg. Abraham Wł., Sprawozdanie (II) 136.

Bonifacius... Johanni Nicolai de Buska canonico Cracouiensi[1]... Vite ac morum honestas... Volentes itaque... meritorum tuorum intuitu necnon consideracione... Poncelli tit. S. Clementis presbyteri cardinalis[2] pro te dilecto familiari suo et continuo commensali nobis super hoc humiliter supplicantis, graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Cracouiensis... apostolica tibi gracia conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... seu quod

24. [1] *Rector ecclesiae S. Mariae in circulo Cracoviensi aa. 1394, 1398 (Dr Długopolski E., Katalog kościoła N. P. Maryi w Krakowie in Teka Konserwatorów Galicyi Zachodniej VI [W Krakowie MCMXVI] 248 in indice).* [2] *Franciscus Carbonus ep. »Monopolitanus«, cardinalis tit. S. Susannae, postea a. 1392 ep. Sabinensis, poenitentiarius maior ab a. 1389 † 18. VI. 1405 (Eubel, Hier. cath. I² 25).* [3] *Vid. Formulae ad ius canonicum spectantes ex actis Petri Wysz episcopi Cracoviensis (1392—1412) maxima parte depromptae edidit B. Ulanowski (Arch. Kom. hist. V [Kraków 1889] 286 nr 23).* [4] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 2.* [5] *Abbas monasterii Tynciensis (Tyniec) prope Cracoviam ord. S. Benedicti Msczislaus aa. 1386, 1409 (Kod. dypl. Klasztoru Tynieckiego [we Lwowie 1875] XXXI); abbas monasterii in Mogiła prope Cracoviam, vid. supra p. 13 Nr 7, adn. 3.*

25. [1] *Buska hodie Busko oppidum tum diocesis Cracoviensis nunc Kielcensis.* [2] *Poncellus Ursinus episcopus Aversanus, tit. S. Clementis presbiter cardinalis, vulgariter Aversanus dictus, promotus a. 1378 † 2. II. 1395 (Eubel, Hier. cath. I² 23).*

super canonicatu et prebenda ecclesie S. Marie Wisliciensis Cracouiensis diocesis[3], et super quibus unam pro te diffinitivam sentenciam reportasti et quorum possessionem nondum habes, in palacio apostolico te asseris litigare... Datum Rome apud S. Petrum, secundo idus novembris, anno primo.

Simili modo... episcopo Perusino[4] et... preposito ac decano ecclesie S. Floriani extra muros Cracouienses[5] >< Datum ut supra.

26.

Romae, 12 novembris 1389.

Bonifacius IX Petro Rosental, ut litterae provisionis de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae Lubucensis et aliae de beneficio ecclesiastico in ecclesia Wratislaviensi ei datae valeant, concedit.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 5 f. 33—33' (XXXIIII—XXXIII'), series De diversis formis anno primo. *In margine sinistro litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. N. de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 145 nr 238.

Bonifacius etc. dilecto filio Petro Rosental canonico Lubucensi salutem etc. Vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt, ut te favoribus apostolicis et graciis prosequamur. Hodie siquidem tibi de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Lubucensis per quasdam providimus, ac de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura ad collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem venerabilis fratris nostri episcopi Wratislauiensis et dilectorum filiorum prepositi, decani et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Wratislauiensis communiter vel divisim pertinente, vacante vel vacaturo, per alias nostras litteras graciose mandavimus provideri, prout in ipsis litteris plenius continetur. Cum autem littere huiusmodi ex eo viribus non subsistant, quod in illis, per quas tibi de canonicatu sub expectacione prebende dicte Lubucensis ecclesie providimus ut prefertur, de reliquis et econtra in eisdem reliquis de predictis litteris, per quas tibi de canonicatu sub expectacione (prebende) prefate Lubucensis ecclesie ut premittitur providimus, nulla mencio facta fuerit, nos volentes te, qui presbyter es, premissorum meritorum tuorum intuitu favoribus prosequi graciosis, tuis in hac parte supplicacionibus inclinati volumus et apostolica tibi auctoritate concedimus, quod predicte littere et processus habiti per easdem et quecumque inde secuta perinde valeant, ac si in alterutris earum de reliquis plena et expressa mencio facta foret. Non obstantibus omnibus, que in predictis litteris volumus non obstare. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et concessionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, secundo idus novembris, anno primo.

25. [3] *Wiślica opp. cum ecclesia collegiata ad fl. Nida, tum in palatinatu Sandomiriensi diocesis Cracoviensis, nunc in diocesi Kielcensi.* [4] *Ep. Perusinus (Perugia in Italia media) Andreas Martini a. 1354 † 16. VII. 1390 (Eubel, l. c. 396).* [5] *Ecclesiae Collegiatae S. Floriani extra Cracoviam tum temporis erant: praepositus Nicolaus de Skroniów, decanus vero Nicolaus de Gorzków.*

27.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Poznaniensi, ut Nicolao Alberti de Górka de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae Gneznensis provideat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 1 f. 257—259 (CCXLVIII—CCXLVIIII; 299—300), series De prebendis vacaturis anno primo. *In fine litt.* N. XXI de Benevento.

Reg. Abraham Wł., Sprawozdanie (II) 135.

Bonifacius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio.. officiali Poznaniensi salutem et apostolicam benediccionem. Dignum arbitramur et congruum, ut illis se reddat Sedes apostolica graciosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Volentes igitur dilectum filium Nicolaum Alberti de Gorka clericum Poznaniensis diocesis [1], qui ut asseritur ex utroque parente [a] de nobili genere procreatus existit [b], apud nos de nobilitate generis, vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu necnon consideracione carissimi in Christo filii nostri Wladislai regis Polonie illustris pro ipso Nicolao dilecto suo nobis super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gracioso, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si post diligentem examinacionem eundem Nicolaum ad hoc ydoneum esse repereris, super quo tuam conscienciam oneramus, ei de canonicatu ecclesie Gneznensis cum plenitudine iuris canonici auctoritate nostra provideas, faciens ipsum vel procuratorem suum eius nomine in eadem ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit, quam dictus Nicolaus per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spacium, postquam sibi vel eidem procuratori vacacio illius innotuerit, duxerit acceptandam, conferendam dicto Nicolao post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni tue eadem auctoritate reserves; districcius inhibendo venerabili fratri nostro archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Gneznensi ac illi vel illis, ad quem vel ad quos in eadem ecclesia prebendarum collacio, provisio, presentacio seu quevis alia disposicio communiter vel divisim pertinet, ne de dicta prebenda interim, eciam ante acceptacionem eandem, nisi postquam eis constiterit, quod Nicolaus vel procurator predicti illam voluerint acceptare, disponere quoquomodo presumant, ac nichilominus prebendam huiusmodi quam reservabis, si ut premittitur vacat vel cum vacaverit, eidem Nicolao post acceptacionem predictam cum omnibus iuribus et pertinenciis supradictis eadem auctoritate conferas et assignes; inducens per te vel alium seu alios prefatum Nicolaum vel dictum procuratorem pro eo in corporalem possessionem prebende iuriumque et pertinenciarum predictorum eadem auctoritate et defendens inductum ac faciens sibi de ipsorum canonicatus et prebende [c] fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo. Non obstantibus de certo canonicorum

27. [a] parenti *Reg. Lat.* [b] exstitit *l. c.* [c] canonicatu et prebenda *l. c.*

27. [1] *Gorka, hodie Miejska Górka opp. in districtu Krobia et decanatu Jutrosin, tunc et nunc in dioc. Poznaniensi; Albertus (heres) de Gorka a. 1395 et Nicolaus Gorca canonicus Gneznensis a. 1396, cancellarius et canonicus Poznaniensis aa. 1399, 1438 deprehenduntur (Kod. WP. III 680, 694, 731 nr 1958, 1971, 2011, V 596 nr 616; Boniecki, Herbarz polski VI [Warszawa 1903] 250—251).*

numero et quibusvis aliis ipsius ecclesie statutis et consuetudinibus contrariis iuramento, confirmacione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis; aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti vel, ut recipiantur, insistant; seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis in ipsa ecclesia speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales predicte Sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, eciamsi per eas ad inhibicionem, reservacionem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus, preterquam auctoritate nostra in ipsa ecclesia receptis vel prebendas expectantibus in eadem, prefatum Nicolaum in assecucione dicte prebende volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem prebendarum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari; seu si eidem archiepiscopo et capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad recepcionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgencia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mencio specialis; aut si prefatus Nicolaus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absencia sua per procuratorem ydoneum, et cum ad ecclesiam ipsam accesserit, corporaliter illud prestet; seu si hodie alii vel aliis super equali vel equalibus gracia seu graciis in eadem ecclesia litteras nostras duxerimus concedendas, nos enim tam illas quam presentes effectum sortiri volumus quacunque constitucione apostolica contraria non obstante. Et insuper si dictus Nicolaus ad hoc repertus fuerit ydoneus ut prefertur, exnunc perinde irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die date presencium eidem Nicolao canonicatum eiusdem ecclesie contulissemus ac prebendam, si qua in eadem ecclesia tunc vacabat vel cum vacaret, quam idem Nicolaus duceret acceptandam ut prefertur, conferendam eidem Nicolao post acceptacionem huiusmodi donacioni apostolice cum interposicione decreti duxissemus specialiter reservandam. Datum Romae apud S. Petrum, idibus novembris, pontificatus nostri anno primo.

28.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX Paulo Nankeri de Wierzchoniów de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Gneznensi providet; cuius quidem provisionis executionem decano et archidiacono ecclesiae Gneznensis ac officiali Wratislaviensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran., T. 3 f. 137—138' (CXXXVII—CXXXVIII'), *series* De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XII, XIIII de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 146 nr 241.

Bonifacius... Paulo Nankeri de Virzchonow[1] canonico Gneznensi... Nobilitas generis, vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi, qui presbyter et ut asseris ex utroque parente de nobili genere procreatus existis... consideracione... Hedwigis regine Polonie... pro te dilecto familiari suo... humiliter supplicantis, graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Gneznensis... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... aut quod parrochialem ecclesiam in Bochna[2] Cracouiensis diocesis obtines et super canonicatu et prebenda ecclesie Cracouiensis, quorum omnium fructus, redditus et proventus quinquaginta marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum ut asseritur non excedunt, in palacio apostolico nosceris litigare... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, pontificatus nostri anno primo.

Simili modo... decano[3] et archidiacono[4] ecclesie Gneznensis ac officiali Wratislauiensi[5] >< Datum ut supra.

29.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Cracoviensi, ut Mathiae de Lublin de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Gneznensi provideat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 6 f. 42'—43' (XLII'—XLIII'), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XXI[a] de Theramo.

Bonifacius... officiali Cracouiensi[1]... Dignum arbitramur etc. Volentes itaque Mathiam de Lublyn[2] rectorem parrochialis ecclesie in Obichow[3] Cracouiensis diocesis, qui presbiter est, apud nos... multipliciter commendatum, horum intuitu necnon consideracione Wladislai regis Polonie... super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus... post diligentem examinacionem... eidem Mathie de canonicatu ecclesie Gneznensis... auctoritate nostra provideas... prebendam vero, si qua in dicta Gneznensi ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam eidem Mathie... donacioni tue... reserves... Non obstantibus... aut quod dictus Mathias dictam parrochialem ecclesiam, cuius fructus... quindecim marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum... non excedunt, noscitur obtinere... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo

28. [1] *Wierzchoniów v. prope Puławy in parochia Kazimierz, olim Cracoviensis nunc Lublinensis diocesis.* [2] *Bochnia oppidum salis fodinis praeclarum tunc et nunc in Cracoviensi diocesi.* [3] *Jarandus decanus Gneznensis 8. IV. 1386 deprehenditur (Kod. WP. III 574 nr 1844).* [4] *Bronislaus archidiaconus et administrator in spiritualibus ecclesiae Gneznensis 18. I. 1389 deprehenditur (l. c. III 613 nr 1886).* [5] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.*

29. [a] XXI 3 *Reg. Lat.*

29. [1] *Navogius de Tęczyn.* [2] *Lublin civitas, nunc sedes episcopi.* [3] *Obiechów villa parochialis prope Szczekociny, tunc in Cracoviensi nunc in Kielcensi diocesi.*

30.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX custodi ecclesiae Gneznensis, ut Nicolao Penaszconis de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Uneoviensi Gneznensis diocesis provideat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 7 f. 32—33 (XXXII—XXXIII), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXIII de Benevento.

Bonifacius... custodi ecclesie Gneznensis[1]... Dignum arbitramur et congruum etc. Volentes itaque... Nicolaum Penaszconis canonicum ecclesie Gneznensis[2], qui ut asseritur de nobili genere ex utroque parente procreatus existit... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus... post diligentem examinacionem... eidem Nicolao de canonicatu ecclesie Vneowiensis[3] Gneznensis diocesis cum plenitudine iuris canonici auctoritate apostolica providere procures... prebendam vero, si qua in dicta ecclesia Uneowiensi vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam eidem Nicolao donacioni tue... reserves... Non obstantibus... aut quod idem Nicolaus in Gneznensi canonicatum et prebendam cum archidiaconatu Lanciciensi[4] in eadem obtinet, et nos nuper sibi de dignitate, personatu vel officio in eadem ecclesia, per cuius quidem dignitatis, personatus vel officii assecucionem dictum archidiaconatum tenetur dimittere, et in Cracoviensi et hodie in Lanciciensi dicte diocesis ecclesiis per alias nostras litteras[5] de canonicatibus sub expectacionibus prebendarum graciose mandavimus provideri... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, pontificatus nostri anno primo.

31.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX custodi ecclesiae Gneznensis, ut Nicolao Penaszconis de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Lanciciensi Gneznensis diocesis provideat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 6 f. 257—258' (CCLVII—CCLVIII'), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXIII de Benevento.

Reg. Abraham Wł., Sprawozdanie (II) 136.

Bonifacius... custodi ecclesie Gneznensis[1]... Dignum arbitramur etc. Volentes itaque... Nicolaum Penanszconis canonicum Gneznensem[2], qui ut asseritur de nobili genere

30. [1] *Custos ecclesiae Gneznensis a. 1387 erat quidam Albertus (Kod. WP. III 590 nr 1863).* [2] *Nicolaus filius Penaszconis, id est Pieniążek patre, de Węchadłów prope Pińczów, iam ante 1387. 24. IV canonicus Gneznensis constitutus erat (l. c. supra); praeterea canonicus Cracoviensis a. 1393 (Kod. Kat. Krak. II 181 nr 394), postmodum archipresbiter in ecclesia B. V. Mariae in circulo Cracoviensi et familiaris Bonifacii IX aa. 1402, 1407 (Kod. Kat. Krak. II 272, 319 nr 466, 500) et tandem praepositus ecclesiae cathedralis Cracoviensis a. 1414 (l. c. 387 nr 549), inter vivos 16. V. 1432 (Kod. dypl. m. Krakowa III [Kraków 1882] 541 nr 415 fuisse deprehenditur.* [3] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 3.* [4] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 2.* [5] *Vid. infra p. 34 Nr 31.*

31. [1] *Vid. supra p. 34 Nr 30 adn. 1.* [2] *Vid. supra p. 34 Nr 30 adn. 2.*

ex utroque parente procreatus existit... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus... post diligentem examinacionem... eidem Nicolao de canonicatu ecclesie Lanciciensis Gneznensis diocesis... provideas, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam eidem Nicolao... reserves... Non obstantibus... aut quod idem Nicolaus canonicatum et prebendam in Gneznensi cum archidiaconatu Lanciciensi in eadem noscitur obtinere, et nuper sibi de dignitate, personatu vel officio in eadem, per cuius quidem dignitatis, personatus vel officii assecucionem dictum archidiaconatum dimittere tenetur, ac in Cracouiensi et hodie in Vne(o)wiensi[3] dicte diocesis ecclesiis per alias nostras litteras de canonicatibus sub expectacionibus prebendarum graciose mandavimus provideri... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, pontificatus nostri anno primo.

32.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX Stanislao Jasczoldi de Miszewo de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Gneznensi providet; cuius quidem provisionis executionem Tudensi et Poznaniensi episcopis ac custodi Plocensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 7 f. 113'—114' (CXIII'—CXIIII'), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XII, XIIII de Benevento.

Bonifacius.. Stanislao Jasczoldi de Miszewo[1] canonico Gneznensi... Nobilitas generis, vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi, qui ut asseritur diaconus et ex utroque parente de nobili genere procreatus existis... graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Gneznensis cum plenitudine iuris canonici... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... seu quod ut asseris in Plocensi cum prebenda et in Cracouiensi sub expectacione prebende canonicatus et altare sancti Andree situm in eadem Plocensi ecclesiis necnon parrochialem ecclesiam in Dolsko[2] Poznaniensis diocesis nosceris obtinere... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

Simili modo venerabilibus fratribus.. Tudensi[3] et Poznaniensi[4] episcopis ac dilecto filio custodi ecclesie Plocensis[5] >< Datum ut supra.

33.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX Johanni de Borsnicz de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Poznaniensi providet; cuius quidem provisionis executionem

31. [3] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 3.*

32. [1] *Miszewo, nunc dictum Miszewo Murowane, villa parochialis prope civitatem Płock et fluvium Wisła. Stanislaus vero Jasczoldi (de Miszewo) iam 22. XI. 1387 ecclesiae parochialis de Dolsko erat rector simulque notarius publicus (Kod. WP. III 595 nr 1868).* [2] *Hodie Dolsk oppidum prope Śrem in diocesi Poznaniensi, olim mensae episcopalis Poznaniensis proprium.* [3] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [4] *Vid. supra p. 11 Nr 7 adn. 2.* [5] *Plocensis ecclesiae custos Swantoslaus (Świętosław) aa. 1389, 1392 fuisse deprehenditur (Kod. dypl. Księstwa Mazowieckiego [Warszawa 1863] 108, 114 nr 116, 121).*

episcopo Tudensi, abbati monasterii B. Mariae in Arena extra Wratislaviam et decano Wratislaviensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 7 f. 89—90' (LXXXVIIII—XC'), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XIII, XV de Benevento.

Ed. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 146 nr 240.

Bonifacius... Johanni de Borsnicz canonico Poznaniensi, decretorum doctori... Nobilitas generis, litterarum sciencia, vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi, qui ut asseris ex utroque parente de militari genere procreatus existis et in decretis cum rigoroso examine doctoratus fuisti... graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Poznaniensis cum plenitudine iuris canonici apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero ipsius ecclesie, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... seu quod ut asseritur in Gneznensi canonicatum et prebendam [1], et in sancte Elizabet unum ac in sancte Marie Magdalene Wratislauiensibus [2] aliud altaria sita sine cura obtines, quodque nos dudum tibi de in Pragensi [3] ac in Olomucensi necnon in Wratislauiensi et Wladislauiensi canonicatibus sub prebendarum et in eisdem Pragensi et Wratislauiensi ecclesiis sub eciam dignitatum vel personatuum seu officiorum expectacionibus per quasdam providimus, et quod tibi de beneficio ecclesiastico sine cura ad collacionem... episcopi Wratislauiensis pertinente vacante vel vacaturo per alias nostras litteras mandavimus provideri... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

Simili modo... episcopo Tudensi [4] et... abbati monasterii beate Marie in Arena extra muros Wratislauienses [5] ac decano ecclesie Wratislauiensis >< Datum ut supra.

34.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Cracoviensi, ut Nicolao Michaelis canonico Cracoviensi de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Wratislaviensi provideat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 131—132 (CXXXI—CXXXII), series De prebendis vacaturis anno primo. *In fine litterarum* N. XXII de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 147 nr 242.

Bonifacius... officiali Cracouiensi [1]... Dignum arbitramur etc. Volentes igitur... Nicolaum Michaelis canonicum Cracouiensem [2]... consideracione... Wladislai regis Polonie... pro ipso... supplicantis, favore prosequi gracioso, discrecioni tue mandamus, qua-

33. [1] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 4.* [2] *Ecclesiae parochiales Wratislaviae.* [3] *De canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Pragensi eidem 9. XI. 1389 est provisum (Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 146 nr 240 adn. 2).* [4] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [5] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 2.*

34. [1] *Vid. supra p. 33 Nr 29 adn. 1.* [2] *Nicolaus Michaelis canonicus Cracoviensis et ecclesiae Omnium Sanctorum Cracoviae rector parochialis iam ante diem 9. V. 1382 constitutus (Kod. Kat. Krak. II 91 nr 315).*

tenus... post diligentem examinacionem... dicto Nicolao de canonicatu ecclesie Wratislauiensis... auctoritate nostra provideas... prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam eidem Nicolao... donacioni tue auctoritate apostolica reserves... Non obstantibus... seu quod dictus Nicolaus canonicatum et prebendam ecclesie Cracouiensis et parrochialem ecclesiam Omnium Sanctorum Cracouiensem noscitur obtinere... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

35.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Poznaniensi, ut Alberto Vincentii de Będlewo canonico Wladislaviensi de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Poznaniensi provideat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 78—78' (LXXVIII—LXXVIII'), series De prebendis vacaturis anno primo. *In fine litterarum* N. XXI de Benevento.

Bonifacius... officiali Poznaniensi[1]... Dignum arbitramur etc. Volentes itaque... Albertum Vincencii de Bandlewo[2] canonicum ecclesie Wladislauiensis... favore prosequi gracioso, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si post diligentem examinacionem eundem Albertum ad hoc ydoneum esse reppereris .. eidem Alberto de canonicatu ecclesie Poznaniensis... auctoritate nostra provideas... prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam eidem Alberto... donacioni tue auctoritate nostra reserves... Non obstantibus... aut quod dictus Albertus canonicatum et prebendam ecclesie Wladislauiensis noscitur obtinere... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

36.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX abbati monasterii Tinecensis, ut Jacobo Alberti de Świątkowice clerico Wladislaviensis diocesis de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Wladislaviensi provideat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 82'—83 (LXXXII'—LXXXIII), series De prebendis vacaturis anno primo. *In fine litterarum* N. XXI de Benevento.

Bonifacius... abbati monasterii Tynciensis Cracouiensis diocesis[1]... Dignum arbitramur .. Volentes igitur... Jacobum Alberti de Swantkouicze[2] clericum Wladislauiensis diocesis, qui ut asserit ex utroque parente de nobili genere procreatus existit... consi-

35. [1] *Munere officialis ecclesiae Poznaniensis fungebantur: a. 1383 Stephanus episcopus de Chelm, aa. 1396, 1397 Johannes Borngraber (Kod. WPol. III 533, 695 nr 1809, 1972, 1973).* [2] *Będlewo villa prope Poznaniam versus meridiem, nunc in parochia Łódź. — Anno 1367 12. XI. quidam Albertus de Bandlewo canonicus Poznaniensis deprehenditur (Kod. WP. III 305 nr 1586).*

36. [1] *Vid. supra p. 29 Nr 24 adn. 5.* [2] *Świątkowice villa in parochia Kłótno prope Wladislaviam.*

deracione carissime in Christo filie nostre Hedwigis regine Polonie illustris pro ipso Jacobo nobis super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus... post diligentem examinacionem... eidem Jacobo de canonicatu ecclesie Wladislauiensis... apostolica auctoritate provideas... prebendam vero ipsius ecclesie, si qua vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam eidem Jacobo... donacioni tue... reserves... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

37.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX praeposito ecclesiae Frisingensis, ut Petro Waltheri clerico Misnensis diocesis de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Wratislaviensi provideat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 95–96' (XCV–XCVI'), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XX de Theramo.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 147 nr 243.

Bonifacius... preposito ecclesie Frisingensis [1]... Dignum arbitramur... Volentes igitur... Petrum Walteri clericum Misnensis diocesis [2], qui ut asseritur in artibus et medicina magister existit... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatinus... ei de canonicatu ecclesie Wratislauiensis... provideas... prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... eidem Petro... conferas et assignes... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

38.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Magdeburgensi, ut Iohanni de Beelitz canonico Magdeburgensi de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Wratislaviensi provideat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 7 f. 97–98 (XCVII–XCVIII), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXIIII de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 147 nr 244.

Bonifacius... officiali Magdeburgensi... Dignum arbitramur etc. Volentes igitur... Iohannem de Belitz [1] canonicum Magdeburgensem... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatinus... eidem Johanni de canonicatu ecclesie Wratislauiensis... provideas... prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum

37. [1] *Frisinga, Freising civitas et diocesis ad fl. Isar in Bavaria.* [2] *Petrus Waltheri de natione Polonorum in universitate Pragensi a. 1380 baccalarius, a. 1383 licenciatus, a. vero 1389 magister in artibus ibidem fuisse deprehenditur in Monum. universitatis Pragensis I/I 193, 212, 262; cfr. Crofta l. supra c. adn. 1.*

38. [1] *Beelitz versus meridiem a Potsdam in Brandenburgia.*

vacaverit... eidem Johanni... conferas et assignes... Non obstantibus... aut quod idem Johannes canonicatum et prebendam ecclesie Magdeburgensis et parrochialem ecclesiam in Wettenberg[2] Brandeburgensis diocesis noscitur obtinere... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

39.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Naumburgensi, ut Nicolao Kalow canonico Lubucensi de canonicatu sub expectatione unius ex maioribus praebendis in ecclesia Misnensi provideat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 6 f. 258'—259' (CCLVIII'—CCLVIIII'), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXI de Benevento.

Bonifacius... officiali Nuemburgensi[1]... Dignum arbitramur etc. Volentes igitur... Nicolaum Kalow canonicum Lubucensem, qui ut asserit magister in artibus et bacallarius in medicina existit... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus... post diligentem examinacionem... eidem Nicolao de canonicatu ecclesie Misnensis, in qua maiores et minores prebende fore noscuntur... provideas... ac unam de huiusmodi maioribus prebendis, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam eidem Nicolao... donacioni tue... reserves... Non obstantibus... seu quod dictus Nicolaus in Lubucensi ac in beate Marie Virginis in Wurczin[2] Misnensis diocesis ecclesiis canonicatus et prebendas noscitur obtinere... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

40.

Romae, 15 novembris 1389.

Bonifacius IX offiali Wladislaviensi, ut Johanni Stephani de Kościół canonico Wladislaviensi dignitatem, personatum seu officium in ecclesia Wladislaviensi reservet, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 2 f. 31—32' (XXVIIII—XXX'), series De dignitatibus vacantibus anno primo. *In fine litterarum* N. XXI de Benevento.

Reg. Abraham Wł., Sprawozdanie (II) 135.

Bonifacius etc. dilecto filio officiali Wladislauiensi[1] salutem etc. Dignum arbitramur etc. Volentes igitur dilectum filium Iohannem Stephani de Coszel[2] canonicum ecclesie

38. [2] *Wittenberge ad fl. Elbe in Brandenburgia.*

39. [1] *Naumburg ad fl. Saale civitas et diocesis in Saxonia.* [2] *Wurzen ad fl. Mulde in Saxonia cum ecclesia collegiata B. Mariae Virginis.*

40. [1] *Wladislaviensis officialis tum temporis ignotus.* [2] *Kościół; huius nominis villa parochialis, nuncupata hodie Kościelna Wieś, in terra Cuiaviensi et Wladislaviensi diocesi versus occidentem a Wladislavia extat. Duae aliae villae eiusdem quoque nominis tum Kościół nunc Kościelna Wieś in diocesi tunc Gneznensi, quarum altera prope Kalisz nunc in diocesi Wladislaviensi, altera vero prope Łęczyca alias Tum nuncupata in diocesi Lodzensi, reperiuntur.*

Wladislauiensis, qui ut asseritur ex utroque parente de nobili genere procreatus existit, apud nos de nobilitate generis, vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gracioso ipsumque in eadem ecclesia amplius honorare, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si per diligentem examinacionem dictum Iohannem bene legere, bene construere et bene cantare ac congrue loqui latinis verbis et alias ydoneum ad obtinendum dignitatem vel personatum seu officium esse reppereris, vel eciam si ipse Iohannes non bene cantaret, dummodo in tuis manibus iuret ad sancta Dei euangelia, quod infra annum a tempore examinacionis huiusmodi computandum bene cantare addiscet, dignitatem vel personatum seu officium, eciam si dignitas ipsa curata fuerit, dummodo dignitas huiusmodi in eadem ecclesia maior post pontificalem non existat, et si forsan ita esse non inveneris, dictusque Iohannes non bene cantet et non iuraverit ut prefertur, dummodo ipsum alias post examinacionem eandem ad obtinendum officium sine cura ydoneum esse reppereris, super quibus tuam conscienciam oneramus, officium dumtaxat, si qua vel si quis aut si quod in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit, quam vel quem seu quod dictus Iohannes per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spacium, postquam sibi vel eidem procuratori vacacio illius innotuerit, duxerit acceptandam vel acceptandum, conferendam vel conferendum eidem Iohanni post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni tue auctoritate nostra reserves, districcius inhibendo venerabili fratri nostro .. episcopo et dilectis filiis capitulo Wladislauiensibus, ac illi vel illis, ad quam vel ad quos in eadem ecclesia dignitatum vel personatuum seu officiorum collacio, provisio, presentacio seu quevis alia disposicio pertinet communiter vel divisim, ne de huiusmodi dignitate vel personatu seu officio interim eciam ante acceptacionem eandem, nisi postquam eis constiterit, quod Iohannes vel procurator predicti illam vel illum seu illud noluerint acceptare, disponere quoquomodo presumant, ac nichilominus dignitatem vel personatum seu officium, quam vel quem seu quod reservabis, si ut premittitur vacat vel cum vacaverit, eidem Iohanni post acceptacionem predictam cum omnibus iuribus et pertinenciis suis eadem auctoritate conferas et assignes, inducens per te vel alium seu alios eundem Iohannem vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem dignitatis vel personatus seu officii iuriumque et pertinenciarum predictorum et defendens inductum ac faciens ipsum Iohannem vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi dignitatem vel personatum seu officium, ut est moris, admitti sibique de ipsius dignitatis vel personatus seu officii fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi. Contradictores auctoritate nostra etc. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie contrariis... aut quod prefatus Iohannes in predicta et in Lanciciensi Gneznensis diocesis ecclesiis canonicatus et prebendas graciales nuncupatas noscitur obtinere. Nos enim, si predictus Iohannes ad hoc repertus fuerit ydoneus ut prefertur, exnunc perinde irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die date presencium huiusmodi dignitatem vel personatum seu officium, si qua vel si quis aut si quod in dicta Wladislauiensi ecclesia tunc vacabat vel cum vacaret, quam vel quem aut quod idem Iohannes acceptaret ut prefertur, conferendam vel conferendum eidem Iohanni post acceptacionem predictam donacioni apostolice cum interposicione decreti duxissemus specialiter reservandam seu eciam reservandum. Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

41.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX praeposito monasterii Miechoviensis, ut Martino Broczlai de Postękalice rectori parochialis ecclesiae in Błogie dignitatem, personatum seu officium in aliqua ex collegiatis ecclesiis Gneznensis diocesis reservet, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 2 f. 49—50' (XLVII—XLVIII'), series De dignitatibus vacaturis anno primo. *In margine sinistro litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XXII[a] de Teramo.

Bonifacius etc... preposito monasterii Mochouiensis[1], per prepositum soliti gubernari, Cracouiensis diocesis salutem etc. Dignum arbitramur etc. Volentes itaque... Martinum Broczlai de Postancaliczs[2], rectorem parrochialis ecclesie in Bloge[3] Gneznensis diocesis, qui presbiter et ut asseritur ex utroque parente de nobili genere procreatus est, apud nos... multipliciter commendatum, horum intuitu necnon consideracione... Wladislai regis Polonie illustris nobis pro dicto Martino... supplicantis, favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatinus, si per diligentem examinacionem dictum Martinum... ydoneum... esse reppereris... dignitatem vel personatum seu officium... in aliqua ex collegiatis ecclesiis ciuitatis et diocesis Gneznensis... cuius quidem dignitatis vel personatus viginti quinque, officii vero decem et octo marcharum argenti fructus... valorem annuum non excedant, ad collacionem... archiepiscopi Gneznensis pertinentem[b] seu pertinens, si... vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam vel conferendum dicto Martino... donacioni tue auctoritate nostra reserves, districcius inhibendo eidem archiepiscopo, ne de huiusmodi dignitate vel personatu seu officio interim... disponere quoquomodo presumat... Non obstantibus... seu quod ipse Martinus dictam parrochialem ecclesiam in Bloge[3] et capellam sine cura S. Nicolai in Wisliicia[4] ac perpetuum beneficium eciam sine cura, prebendam nuncupatum, in S. Marie in castro Melsteyn[5] Cracouiensis diocesis, quorum omnium fructus... sexdecim marcharum argenti... valorem annuum... non excedunt, noscitur obtinere et quod hodie sibi de canonicatu sub expectacione prebende in Gneznensi ecclesiis per alias nostras litteras graciose mandavimus provideri. Volumus autem, quod dictus Martinus quamprimum vigore presencium dignitatem vel personatum fuerit pacifice assecutus, dictam parrochialem ecclesiam in Bloge... omnino dimittere teneatur... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

42.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX Abrahae Johannis de Solec de canonicatu sub expectatione praebendae necnon dignitatis vel personatus seu officii in ecclesia Plocensi pro-

41. [a] XXII₈ *Reg. Lat.* [b] pertinente *Reg. Lat.*

41. [1] *Miechów cum monasterio ord. S. Augustini, cuius praepositus generalis tum temporis Stanislaus decretorum doctor aa. 1387, 1392 deprehenditur (Kod. MPol. IV 20, 40 nr 992, 1020).* [2] *Postękalice villa in par. Bogdanów prope Piotrków tunc Gneznensis nunc vero Lodzensis diocesis.* [3] *Błogie villa prope Sulejów nunc in diocesi Sandomiriensi.* [4] *Vid. supra p. 30 Nr 25 adn. 3.* [5] *Melsztyn ad fl. Dunajec prope Zakliczyn tunc in parochia Melsztyn, nunc in par. Domosławice Tarnoviensis diocesis.*

videt; cuius quidem provisionis executionem Tudensi et Poznaniensi episcopis ac officiali Plocensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 2 f. 68—69 (LXVI—LXVII), series De dignitatibus vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XII, XIIII de Benevento.

Reg. Abraham Wł., Sprawozdanie (II) 135.

Bonifacius... Abrahe Johannis de Solecz[1] canonico Plocensi... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi, qui presbiter es... consideracione carissime in Christo filie Hedwigis regine Polonie illustris, pro te nobis super hoc humiliter supplicantis, graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Plocensis cum plenitudine iuris canonici apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero necnon dignitatem vel personatum seu officium ipsius ecclesie, dummodo dignitas ipsa maior post pontificalem in ipsa ecclesia non fuerit, si que aut si qui aut si qua vacant ad presens vel cum vacaverint... conferendas vel conferendos seu conferenda tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... seu quod ut asseris super Cracouiensi et Curzelouiensi[2] ac sancti Johannis Baptiste[3] ecclesiarum canonicatibus et prebendis, quorum omnium fructus, redditus et proventus triginta marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum non excedunt, in palacio apostolico litigas et parrochialem ecclesiam in Petrawym[4] Gneznensis et Cracouiensis diocesium nosceris obtinere. Volumus autem, prout id eciam ipse sponte voluisti, quod quamprimum vigore presencium canonicatum et prebendam aut dignitatem sive personatum vel curatum officium huiusmodi fueris pacifice assecutus, dictam parrochialem ecclesiam, quam ut prefertur obtines, quamque extunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

Simili modo... Tudensi[5] et Poznaniensi[6] episcopis ac... officiali Plocensi[7] >< Datum ut supra.

43.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Cracoviensi, ut Francisco Mathiae de Trebicz rectori parochialis ecclesiae in Bytom Cracoviensis diocesis de canonicatu sub expectatione praebendae ac dignitatis, personatus vel officii in ecclesia Olomucensi provideat, mandat.

---

42. [1] *Solec tunc villa parochialis, nunc oppidum ad sinistram Vistulae ripam, tunc Cracoviensis nunc Sandomiriensis diocesis.* [2] *Kurzelów oppidum tunc Gneznensis nunc vero Kielcensis diocesis; ecclesia collegiata ibidem a. 1380 erecta (Łaski, Liber beneficiorum I 510, 608, II 203, 208), nunc est ecclesia parochialis.* [3] *Fortasse Scarbimiriensis.* [4] *Piotrawin villa parochialis in dextra Vistulae ripa prope Solec tunc Cracoviensis nunc vero Lublinensis diocesis.* [5] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [6] *Vid. supra p. 11 Nr 7 adn. 2.* [7] *Officialis Plocensis tum temporis fuit aut Johannes Dobrogostii de Gilowo canonicus Plocensis, qui a. 1388 (Kod. dypl. ks. mazowieckiego [Warszawa 1863] 106 nr 114), aut forsan iam Johannes Wladimiri canonicus Plocensis, qui a. 1392 1. IV. (Monumenta hist. dioec. Wladislaviensis XXV [Wladislaviae 1912] 85 nr 793), deprehenduntur.*

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 192'—193' (CXCII'—CXCIII'), series De prebendis et dignitatibus vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XV de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 153 nr 261.

Bonifacius... officiali Cracouiensi[1]... Dignum arbitramur... Volentes igitur... Franciscum Mathie de Trebicz[2] rectorem parrochialis ecclesie in Bytom Cracouiensis diocesis[3], qui presbiter est... consideracione... Hedwigis regine Polonie illustris pro ipso... humiliter supplicantis, favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus... post diligentem examinacionem... ei de canonicatu ecclesie Olomucensis[4]... provideas... et si per eandem examinacionem dictum Franciscum... ydoneum ad... dignitatem, personatum vel officium esse reppereris... prebendam ac dignitatem, personatum vel officium... et si forsan ita esse non inveneris... dummodo ipsum alias... ad obtinendum officium sine cura ydoneum esse reppereris... prebendam et officium sine cura dumtaxat, si que vel si qui aut si qua in eadem ecclesia Olomucensi vacant ad presens vel cum vacaverint... conferendas, conferendos vel conferenda eidem Francisco... donacioni tue... reserves... Non obstantibus... seu quod dictus Franciscus prefatam parrochialem ecclesiam, cuius fructus, redditus et proventus quinque marcharum argenti puri... valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

44.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX praeposito ecclesiae Lanciciensis, ut Nicolao Pyser de canonicatu sub expectatione praebendae necnon dignitatis, personatus vel officii in ecclesia Wladislaviensi provideat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 196'—198 (CXCVI'—CXCVIII), series De prebendis et dignitatibus vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXIIII de Benevento.

Reg. Abraham Wł., Sprawozdanie (II) 136.

Bonifacius... preposito ecclesie Lanciciensis[1]... Dignum arbitramur etc. Volentes igitur... Nicolaum Pyser dilecti filii Nicolai de Slugoczino[2] natum, perpetuum vicarium in ecclesia Poznaniensi, magistrum in artibus, qui ut asserit in iure canonico studet... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus... post diligentem exa-

43. [1] *Vid. supra p. 33 Nr 29* adn. 1.* [2] *Třebič villa parochialis Olomucensis diocesis; forsan Trzebnica villa in parochia Swiniary prope Stopnica aut Trzebienice in parochia Sreniawa tunc Cracoviensis nunc Kielcensis diocesis.* [3] *Bytom oppidum nunc in Wratislaviensi diocesi.* [4] *Vid. supra p. 27 Nr 22 adn. 4.*

44. [1] *Johannes praepositus ecclesiae Lanciciensis et canonicus Cracoviensis a. 1379 (Kod. Kat. Krak. II 73 nr 305) et deinde Wladislaus de Oporów decretorum doctor, vicecancellarius regni Poloniae aa. 1401, 1433 (Rzyszczewski, Kod. Pol. II pars 3 pag. CXI), qui etiam praepositus Srzedensis a. 1427 fuit (Prohaska, Cod. Vitoldi [Cracoviae 1882] 764 nr 1264), tum temporis deprehenduntur.* [2] *Olim Slugocino, Szlugoczyno panskye, in par. Myśliborz Gneznensis, nunc Sługocinek in eadem parochia Wladislaviensis diocesis (X. Dr J. Fijałek, Studya do dziejów Uniwersytetu Jagiellońskiego i jego wydziału teologicznego w XV w. in Rozprawy Akad. Um. Wydz. filolog. XXIX [Kraków 1899] 78—80).*

minacionem... ei de canonicatu ecclesie Wladislauiensis... provideas... et si per huiusmodi examinacionem dictum Nicolaum... ad obtinendum dignitatem, personatum seu officium ydoneum esse inveneris... praebendam necnon dignitatem vel personatum seu officium... et si forsan ita esse non inveneris... dummodo ipsum alias... ad obtinendum huiusmodi prebendam ac officium sine cura ydoneum esse inveneris... prebendam ac officium sine cura dumtaxat, si que si qui aut si qua in eadem ecclesia vacant ad presens vel cum simul aut successive vacaverint... conferendas vel conferendos seu conferenda eidem Nicolao... donacioni tue... reserves... Non obstantibus... seu quod idem Nicolaus ut asseritur perpetuam vicariam sine cura in ecclesia predicta Poznaniensi noscitur obtinere... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, pontificatus nostri anno primo.

45.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Pragensi, ut Martino Hispan canonico Pragensi de canonicatu sub expectatione praebendae ac dignitatis, personatus vel officii in ecclesia Wratislaviensi provideat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 1 f. 75 (LXXV), series De prebendis et dignitatibus vacaturis anno primo. *In fine litterarum* N. XXV de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 152 nr 260.

Bonifacius... officiali Pragensi[1]... Dignum arbitramur... Volentes igitur... Martinum Hispan[2] canonicum Pragensem... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus... post diligentem examinacionem... ei de canonicatu ecclesie Wratislauiensis... provideas... et si... dictum Martinum... ydoneum... esse reppereris... prebendam ac dignitatem vel personatum seu officium... et si ita non inveneris... dummodo ipsum alias... ydoneum esse reppereris... prebendam et officium dumtaxat, si que vel si qui aut si qua vacant ad presens vel cum vacaverint... conferendas vel conferendos seu conferenda eidem Martino... donacioni tue... reserves... Non obstantibus... aut quod dictus Martinus canonicatum et prebendam ecclesie Pragensis ac parrochialem ecclesiam in Chucel[3] Pragensis diocesis noscitur obtinere. Volumus autem, quod quamprimum... dignitatem aut personatum huiusmodi fuerit pacifice assecutus, eandem parrochialem ecclesiam... omnino dimittere teneatur. Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

46.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX Ludovico quondam Opeczkonis Wylensdorf de Dresden de canonicatu sub expectatione maioris praebendae necnon dignitatis, personatus vel officii in ecclesia Misnensi providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Perusino et Pragensi ac Misnensi officialibus mandat.

---

45. [1] *Nicolaus Puchnik.* [2] *Martinus dictus Ispan de Bor etiam altare S. Stanislai in ecclesia Pragensi obtinebat (Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 38 nr 36).* [3] *Chuchle Malé in districtu Smichoviensi.*

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 8 f. 5—6' (V—VI'), series De prebendis et dignitatibus vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XIII, XV de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 152 nr 259.

Bonifacius... Ludouico quondam Opeczkonis Wylensdorf de Dresden[1] canonico Misnensi et bacallario in decretis... Litterarum sciencia, vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi, qui ut asseritur Prage in iure canonico studes... graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Misnensis, in qua maiores et minores prebende fore noscuntur... tibi... conferimus et de illo eciam providemus ac unam ex huiusmodi maioribus prebendis necnon dignitatem vel personatum seu officium... conferendas vel conferendos seu conferenda tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... aut quod canonicatum et prebendam ecclesie Bregensis[2] Wratislauiensis diocesis nosceris obtinere... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

Simili modo... episcopo Perusino[3] et... Pragensi[4] ac... Misnensi officialibus >< Datum ut supra.

47.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Pragensi, ut magistro Petro, filio Johannis Junger de Reddin, canonico Bregensi beneficium ecclesiasticum in ecclesia Warmiensi reservet, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 18 f. 39—40 (XL—XLI), series De beneficiis vacaturis anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XXIIII de Teramo.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 149 nr 251.

Bonifacius etc. Dilecto filio... officiali Pragensi[1] salutem etc. Dignum arbitramur etc. Volentes igitur... Petrum quondam Johannis Junger de Reddin natum[2] canonicum ecclesie Bregensis[3] Wratislauiensis diocesis, magistrum in artibus, qui presbiter et eciam ut asserit scolaris in theologia existit et Prage studet, apud nos de litterarum sciencia, vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus, si per diligentem examinacionem dictum Petrum bene legere, bene construere et bene cantare et congrue loqui latinis verbis et alias ydoneum ad curatum beneficium obtinendum esse reppereris, et eciam si ipse Petrus non bene cantaret, dummodo in tuis manibus iuret... quod

46. [1] *Ludovicus de Dresden de natione Polonorum a rectore universitatis iuristarum studii Pragensis intitulatus a. 1374, ibidem baccalarius in decretis factus est a. 1383 (Crofta C., l. c. supra in nota).* [2] *Brzeg, Brieg civitas ad fl. Oderam in Silesia.* [3] *Vid. supra p. 30 Nr 25 adn. 4.* [4] *Vid. supra p. 44 Nr 45 adn. 1.*

47. [1] *Vid. supra p. 44 Nr 45 adn. 1.* [2] *Aut Redden villa in Prussia Orientali aut forsan Rathen villa in Silesia prope Wratislaviam oriundus, in Universitate Pragensi baccalarius a. 1376, magister in artibus a. 1379 promotus, a. 1395 autem rector trium facultatum ibidem electus (Crofta l. c. in nota; M. Perlbach, Prussia scholastica [Leipzig 1895] 12). Lector theologiae in Wratislavia in Silesia oriundus, Polonorum promotor, † 1408 (Bauch G., Geschichte d. Breslauer Schulwesens vor der Reformation in Cod. dipl. Silesiae XXV [Breslau 1909] 176).* [3] *Vid. supra Nr 46 adn. 2.*

inıra annum... bene cantare adiscet, cum cura vel sine cura, et si forsan ita esse non reppereris, dictusque Petrus non bene cantet et non iuraverit ut prefertur, dummodo ipsum alias post diligentem examinacionem ad obtinendum beneficium sine cura ydoneum esse inveneris... sine cura dumtaxat beneficium ecclesiasticum, cuius fructus, redditus et proventus, si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem...[a] episcopi Warmiensis[4] et...[b] prepositi, decani, cantoris, custodis et capituli aliorumque prelatorum et personarum ecclesie Warmiensis... pertinens, eciam si in ipsa ecclesia fuerit, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum eidem Petro... donacioni tue auctoritate nostra reserves... ac nichilominus huiusmodi beneficium, quod reservabis, si... vacat vel cum illud vacare contigerit... eidem Petro... conferas et assignes... Non obstantibus... seu quod dictus Petrus ut ipse asserit canonicatum et prebendam in predicta Bregensi et quedam perpetuam vicariam in maiori et altare, que sine cura sunt, in S. Egidii Wratislauiensibus ecclesiis noscitur obtinere... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

48.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Wratislaviensi, ut Augustino Nicolai de Niza canonico ecclesiae Otmuchoviensis Wratislaviensis diocesis beneficium ecclesiasticum sine cura ad collationem episcopi Wratislaviensis pertinens reservet, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 126—126' (CXXVI), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro litterarum* C(ancellaria), *in fine* N. XXI de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 150 nr 254.

Bonifacius... officiali Wratislauiensi[1]... Dignum arbitramur etc. Volentes igitur... Augustinum Nicolai de Nysa[2] canonicum ecclesie Othmuchouiensis[3] Wratislauiensis diocesis... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus, si post... examinacionem dictum Augustinum... ydoneum... esse reppereris... beneficium ecclesiasticum sine cura[4], cuius fructus, redditus et proventus decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Wratislauiensis pertinens dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum prefato Augustino... reserves... Non obstantibus... aut quod prefatus Augustinus canonicatum et prebendam dicte ecclesie noscitur obtinere... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

---

47. [a b] *nomen omissum in Reg. Lat.*

47. [4] *Henricus III Soerbom (Sauerbaum) de Elbingo, notarius Karoli IV Romanorum imperatoris, qui cum esset in Avinione tempore obitus praedecessoris sui, immediate ei de ecclesia Warmiensi per Gregorium papam XI provisum est 1373 5. IX. — 12. I. 1401 (Monunenta hist. Warmiensis... III Woelky-Saage, Scriptores rerum Warmiensium I [Braunsberg 1866] 7—8).*

48. [1] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.* [2] *Vid supra p. 27 Nr 22 adn. 3.* [3] *Otmuchów castrum et civitas prope civitatem Niza.* [4] *Crofta erronee l. c. supra dat reg. »beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum...«*

49.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Cracoviensi, ut Petro Stanislai de Kijany beneficium ecclesiasticum in ecclesia Cracoviensi reservet, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 154—155 (CLIIII—CLV), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XXIII de Theramo.

Bonifacius... officiali Cracouiensi[1]... Dignum arbitramur... Volentes igitur... Petrum Stanislai de Kiani[2] rectorem alterius partis parrochialis ecclesie sancti Jacobi in Kazimiria[3] prope Cracouiam, per duos solite gubernari rectores, qui ut asserit de nobili genere procreatus existit... consideracione... Hedwigis regine Polonie illustris super hoc... humiliter supplicantis, favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus, si post diligentem examinacionem dictum Petrum... ydoneum... esse reppereris... beneficium ecclesiasticum, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo march. argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Cracouiensis et... prepositi, decani et capituli ecclesie Cracouiensis... pertinens, eciam si canonicatus et prebenda in dicta ecclesia fuerit, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum dicto Petro... reserves... Non obstantibus... aut quod idem Petrus mediam partem parrochialis ecclesie predicte, cuius fructus... secundum communem extimacionem quatuordecim march. argenti valorem annuum ut asseritur non excedunt, noscitur obtinere. Volumus autem, quod dictus Petrus, quamprimum vigore presencium aliquod curatum beneficium fuerit pacifice assecutus, predictam mediam partem dicte parrochialis ecclesie... omnino dimittere teneatur... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

50.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX Nicolao Werinbart beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad collationem episcopi Wratislaviensis pertinens reservat; cuius quidem reservationis executionem episcopo Tudensi, abbati monasterii B. Mariae Virginis in Arena extra Wratislaviam et officiali Wratislaviensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 48—49' (XLVIII—XLVIIII'), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XII, XIIII de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 148 nr 246.

Bonifacius... Nicolao Werinbart rectori parrochialis ecclesie in Wydenaw[1] Wratislauiensis diocesis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere

49. [1] *Vid. supra p. 33 Nr 29 adn. 1.* [2] *Petrus de Kyany heres a. 1411 (Kod. Kat. Krak. II 352—3 nr 528). Kijany villa ad fl. Nidzica in parochia Przemyków (Przemanków), tunc in Cracoviensi nunc in Kielcensi diocesi.* [3] *Kazimierz olim civitas, nunc civitati Cracoviensi adiuncta.*

50. [1] *Primitus Widna nunc Weidenau versus meridiem civitatis Niza, Neiße.*

specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus... si cum cura, viginti quinque, si vero sine cura fuerit decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Wratislauiensis pertinens, eciam si canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis fuerit, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... seu quod ut asseritur parrochialem ecclesiam in Wydenaw... nosceris obtinere Volumus autem, quod quamprimum vigore presencium aliquod curatum beneficium fueris pacifice assecutus, dictam parrochialem ecclesiam, quam ut prefertur obtines, quamque extunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis. Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

Simili modo... episcopo Tudensi[a][2] et... abbati monasterii beate Marie Virginis in Arena extra muros Wratislauienses[3] ac officiali Wratislauiensi[4] >< Datum ut supra.

51.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Cracoviensi, ut Mathiae Thomaslai de Snieszkowice beneficium ecclesiasticum in ecclesia Cracoviensi reservet, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 114—115 (CXIIII—CXV), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XXI de Teramo.

Bonifacius... officiali Cracouiensi[1]... Dignum arbitramur etc. Volentes itaque... Mathiam Thomaslai de Swescouicz clericum Cracouiensis diocesis, qui ut asseritur ex utroque parente de nobili genere procreatus existit, apud nos... multipliciter commendatum, horum intuitu necnon consideracione carissimi in Christo filii nostri Wladislai regis Poloniae illustris pro dicto Mathia dilecto suo nobis super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatinus... post diligentem examinacionem... sine cura dumtaxat beneficium ecclesiasticum, cuius fructus, redditus et proventus decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime[a] valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Cracouiensis et dilectorum filiorum capituli singulorumque canonicorum ecclesie Cracoviensis... pertinens, eciam si canonicatus et prebenda ipsius ecclesie fuerit, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum eidem Mathie... donacioni tue auctoritate nostra reserves... Non obstantibus... seu si hodie alii vel aliis super equali vel equalibus gracia seu graciis de beneficio seu beneficiis huiusmodi ad collacionem... dictorum episcopi, capituli et canonicorum communiter vel divisim pertinente seu pertinentibus, litteras nostras duxerimus concedendas... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

50. [a] Teanen. *correctum in margine Reg. Lat. in* Tuden. *cum nota* Correctum de mandato N. de Benevento.

50. [2] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [3] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 2.* [4] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.*

51. [a] taxacionem decime *in margine Reg. Lat. alia manu cum nota* Jac. *loco intra cassatorum* communem extimacionem.

51. [1] *Vid. supra p. 33 Nr 29 adn. 1.* [2] *Swieszkowice nunc Snieszkowice v. in par. Waśniów prope Opatów; heredes huius villae de armis Syrokomla.*

52.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX archidiacono Cracoviensi, ut Petro Stephani de Szczytniki beneficium ecclesiasticum ad collationem episcopi Cracoviensis pertinens reservet, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 28—28' (XXVIII—XXVIII'), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXI de Benevento.

Bonifacius... archidiacono Cracouiensi[1] salutem... Dignum arbitramur etc. Volentes igitur... Petrum Stephani de Sczithniky[2] clericum Cracouiensis diocesis apud nos de nobilitate generis, vite ac morum honestate... multipliciter commendatum, horum intuitu necnon consideracione... Wladislai regis Polonie illustris pro dicto Petro dilecto suo nobis super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatinus... post diligentem examinacionem... beneficium ecclesiasticum, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Cracouiensis pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum eidem Petro... donacioni tue auctoritate nostra reserves... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

53.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Wratislaviensi, ut Nicolao sculteti de Prusznica beneficium ecclesiasticum ad collationem praepositi, decani, custodis, cantoris et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesiae S. Crucis Wratislaviensis pertinens reservet, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 197—198 (CXCVII—CXCVIII), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXIII de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 151 nr 255.

Bonifacius... officiali Wratislauiensi[1]... Dignum arbitramur etc. Volentes igitur... Nicolaum Sculteti de Prusnicz rectorem altaris sanctorum Clementis et Gregorii siti in ecclesia Wratislauiensi, magistrum in artibus, qui ut asserit Prage studet[2]... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus... post diligentem examinacio-

52. [1] *Archidiaconi Cracovienses: Simon 1389 3. II., Sbigneus de Nasięchowice 1390 3. II. tum temporis deprehenduntur (Kod. Kat. Krak. II 134, 144 nr 355, 364).* [2] *Szczytniki villa in par. Brzezie prope Niepołomice tunc et nunc in diocesi Cracoviensi.*

53. [1] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.* [2] *Prusznica, Prausnitz opp. prope Jawor, Jauer in Silesia cum ecclesia parochiali S. Jacobi, nunc adiuncta parochiae in Sychowice, Seichau. Nicolaus de Prusnicz de natione Polonorum a. 1385 in studio Pragensi, a. 1387 ad gradum magisterii in artibus admissus (Crofta l. c. supra, adn. 1).*

nem... beneficium ecclesiasticum, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... prepositi, decani, custodis, cantoris et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie sancte Crucis Wratislauiensis communiter vel divisim pertinens. si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum eidem Nicolao... reserves... Non obstantibus... aut quod dictus Nicolaus prefatum altare, quod sine cura est, noscitur obtinere... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

54.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX Nicolao Nicolai de Ludwigsdorf et Gryszów beneficium ecclesiasticum ad collationem episcopi, praepositi, decani, scholastici, archidiaconi, capituli singulorumque canonicorum ecclesiae Wratislaviensis pertinens reservat; cuius quidem reservationis executionem episcopo Theanensi, decano Lignicensi et officiali Wratislaviensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 235'—236' (CCXXXV'—CCXXXVI'), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo, Jac. de Teramo.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 148 nr 247.

Bonifacius... Nicolao Nicolai de Ludwiksdorp alias de Grischaw [1] clerico Wratislauiensis diocesis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Wratislauiensis et... prepositi, decani, scholastici, archidiaconi et capituli singulorumque canonicorum ecclesie Wratislauiensis... pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum tibi... donacioni apostolice... reservamus... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

Simili modo... episcopo Theanensi [2] et... decano ecclesie Legniczensis [3] Wratislauiensis diocesis ac officiali Wratislauiensi [4] >< Datum ut supra.

55.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Wratislaviensi, ut Theoderico de Toszek beneficium ecclesiasticum ad collationem episcopi, praepositi, decani, archidiaconi, cantoris,

54. [1] *Ludwigsdorf, Villa Ludvici et Gryszów, Greisau villae in territorio ducatus episcopalis Nissensis versus meridiem, tunc parochiales nunc filiales ad Neuwalde et Lindewiese in archipresbiteratu Ziegenhals.* [2] *Episc. Theanensis (Theano in Italia inferiori) Antonius sedet 1383—1393, translatus ad episcopatum Pennensem (Eubel, Hier. cath. I² 481).* [3] *Lignica opp. cum ecclesia collegiata S. Sepulcri Dominici in castro.* [4] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.*

scholastici, custodis et capituli ecclesiae Wratislaviensis pertinens reservet, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 18 f. 28—29 (XXIX—XXX), series De beneficiis vacaturis anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XXI de Teramo.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 150 nr 252.

Bonifacius... officiali Wratislauiensi[1]... Dignum arbitramur etc. Volentes itaque... Theodericum de Tost[2] rectorem altaris sancti Laurencii siti in parrochiali ecclesia in Nysa[3] Wratislauiensis diocesis, qui presbiter est... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus, si per diligentem examinacionem eundem Theodericum... ydoneum... esse reppereris... beneficium ecclesiasticum, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Wratislauiensis et... prepositi, decani, archidiaconi, cantoris, scolastici, custodis et capituli ecclesie Wratislauiensis... pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, quod dictus Theodericus... infra unius mensis spacium, postquam sibi... vacacio illius innotuerit, duxerit acceptandum... conferendum eidem Theoderico... reserves... Non obstantibus... aut quod dictus Theodericus altare prefatum noscitur obtinere... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

56.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Wratislaviensi, ut Nicolao de Strelicz beneficium ecclesiasticum ad collationem episcopi, praepositi, decani, archidiaconi, capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesiae Wladislaviensis pertinens reservet, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 138'—139' (CXXXVIII'—CXXXVIIII'), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXII de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 150 nr 253.

Bonifacius... officiali Wratislauiensi[1] salutem... Dignum arbitramur etc. Volentes igitur... Nicolaum de Strelicz[2] perpetuum vicarium in ecclesia Wratislauiensi apud nos... multipliciter commendatum... necnon consideracione... Margarete regine Dacie[3]... pro eodem Nicolao... supplicantis, favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus... post diligentem examinacionem... beneficium ecclesiasticum, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi

55. [1] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.* [2] *Toszek castrum et parochia in ducatu Opoliensi.* [3] *Ecclesia parochialis S. Jacobi in episcopali civitate Niza, Neiße.*

56. [1] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.* [2] *Strzelec; duae villae tum temporis parochiales huius nominis in dioc. Wratislaviensi habentur: una prope Namysłów altera prope Oleśnica.* [3] *Margaretha regina Daniae simulque ab a. 1397 Sueciae et Norvegiae.*

Wladislauiensis[4] et... prepositi, decani, archidiaconi et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Wladislauiensis[a]... pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum eidem Nicolao... donacioni tue auctoritate nostra reserves... Non obstantibus... seu quod dictus Nicolaus ut asseritur quandam perpetuam vicariam et quoddam altare sine cura in ecclesia Wratislauiensi predicta obtinet et nos hodie sibi de beneficio ecclesiastico sine cura ad collacionem... abbatisse[b] et conventus monasterii in Trebnicz Cisterciensis ordinis Wratislauiensis diocesis[5]... pertinente, vacante vel vacaturo graciose concessimus provideri... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo.

57.

Romae, 13 novembris 1389.

Bonifacius IX Jacobo de Habelschwerdt, ut in assecutione canonicatus et praebendae, dignitatis, personatus vel officii in ecclesia Wratislaviensi omnibus praeter cardinales et familiares apostolicos anteferatur, concedit.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 5 f. 57'—58 (LVIII'—LIX), series De diversis formis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* P. de Bosco, *in fine* N. XXX de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 145 nr 239.

Bonifacius... Jacobo de Habilswerde canonico Wratislauiensi[1] salutem etc. Vite ac morum honestas... Hodie siquidem volentes tibi facere graciam specialem canonicatum ecclesie Wratislauiensis... apostolica tibi auctoritate contulimus et de illo eciam tibi providimus, prebendam vero necnon dignitatem, personatum seu officium cum cura vel sine cura, dummodo dignitas ipsa in eadem ecclesia maior post pontificalem non existeret, si que vel si qui aut si qua in eadem ecclesia vacabant tunc vel cum vacarent... conferendas, conferendos vel conferenda tibi... donacioni apostolice reservavimus, non obstantibus inter cetera, si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos essent recepti, vel ut reciperentur insisterent, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis ac dignitatibus, personatibus vel officiis in dicta ecclesia speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales apostolice Sedis vel legatorum eius litteras impetrassent... quibus omnibus preterquam auctoritate nostra in ecclesia ipsa receptis vel prebendas ac dignitates, personatus vel officia expectantibus in eadem te in assecucione prebende et dignitatis, personatus vel officii huiusmodi volumus anteferri... ac decrevimus extunc irritum... si secus super

56. [a] *loco cassati* Wratislauiensis *in Reg. Lat.* [b] abbatis *Reg. Lat.*

56. [4] *Henricus dux Lignicensis, frater minor Wenceslai episcopi Wratislaviensis (X. Dr Jan Fijałek, Ustalenie chronologii biskupów włocławskich [Kraków 1894] 28, 39).* [5] *Trzebnica opp. in Silesia cum monasterio sororum ord. Cisterciensis; a. 1391 30. IX. Catharina ducissa Bregensis et abbatissa monasterii de Trzebnica deprehenditur (Wutke K., Schlesiens Bergbau u. Hüttenwesen. Urkunden 1136—1528; ed. in Cod. dipl. Silesiae XX 62).*

57. [1] *Habelschwerdt (Bystrzyca) opp. in terra Glatzensi, tunc in diocesi Pragensi; Jacobus de Habilswerde presbyter, rector altaris Corporis Christi in ecclesia S. Mariae Magdalenae et perpertuus vicarius in eccl. S. Crucis Wratislaviensibus necnon canonicus Pragensis tempore Urbani papae VI deprehenditur (Crofta, Mon. Vat. Boh. V 24 nr 11).*

hiis... contingeret attemptari, certis tibi super hoc executoribus deputatis, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Nos igitur volentes te... favoribus prosequi gracie amplioris, tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, te in assecucione huiusmodi canonicatus et prebende ac dignitatis, personatus vel officii omnibus eciam auctoritate nostra in ecclesia ipsa receptis, vel prebendas ac dignitates, personatus vel officia expectantibus in eadem, preterquam... S. Romane ecclesie cardinalibus et... familiaribus nostris volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem canonicatuum et prebendarum ac dignitatum, personatuum vel officiorum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari. Non obstantibus prioribus voluntate et decreto nostris predictis ac omnibus aliis, que in dictis litteris voluimus non obstare. Nulli ergo... Datum Rome apud S. Petrum, idibus novembris, anno primo[a].

58.

Romae, 14 novembris 1389.

Bonifacius IX Henrico Stanislai de Szydłów de canonicatu sub expectatione praebendae, dignitatis, personatus vel officii in ecclesia Lanciciensi Gneznensis diocesis providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Tudensi, archidiacono et custodi ecclesiae Gneznensis mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 156'—157' (CLVI'—CLVII'), series De prebendis vacaturis anno primo. *In fine litterarum* Pro Deo. N. de Benevento.

Reg. 1. Abraham Wł., Sprawozdanie (II) 136. — 2. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 154 nr 265.

Bonifacius... Henrico Stanislai de Szidlow[1] canonico ecclesie Lanciciensis[2] Gneznensis diocesis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi, qui ut asseritur in artibus Prage studes... graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Lanciciensis Gneznensis diocesis... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero necnon dignitatem vel personatum seu officium cum cura vel sine cura, dummodo dignitas ipsa principalis in eadem ecclesia non existat, si que vel si qui aut si qua in eadem ecclesia vacant ad presens vel cum... vacaverint... conferendas vel conferendos seu conferenda tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, decimo octavo Kalendas decembris, anno primo.

Simili modo... episcopo Tudensi[3] et... archidiacono[4] ac custodi[5] ecclesie Gneznensis >< Datum ut supra.

59.

Romae, 14 novembris 1389.

Bonifacius IX Johanni Thomislai de Zębocin de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Wladislaviensi providet; cuius quidem provisionis execu-

57. [a] primo *post cancellatum* septimo *Reg. Lat.*

58. [1] *Szydłów; huius nominis villae tunc in diocesi Gneznensi duae erant, quarum una in parochia Piotrków altera vero in par. Kazimierz nunc in diocesi Lodzensi.* [2] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 2.* [3] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [4] *Vid. supra p. 33 Nr 28 adn. 4.* [5] *Vid. supra p. 34 Nr 30 adn. 1.*

tionem episcopo Cracoviensi et monasterii Miechoviensis ac ecclesiae Wladislaviensis praepositis mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 8 f. 101—102 (CI—CII), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XI, XIII de Theramo.

Bonifacius... Johanni Thomislai de Zamboczin[1] canonico Wladislauiensi... Nobilitas generis, vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... qui presbyter et[a] ut asseritur ex utroque parente de nobili genere procreatus existis... consideracione... Wladislai regis Poloniae... super hoc humiliter supplicantis, graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Wladislauiensis[2]... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus... prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... aut quod parrochialem ecclesiam sancti Jacobi in Cazimiria in suburbio Cracouiensi nosceris obtinere... Datum Rome apud S. Petrum, decimo octavo Kalendas decembris, anno primo.

Simili modo... episcopo Cracouiensi[3] et... monasterii Mechouiensis[4] Cracouiensis diocesis, per prepositum soliti gubernari, ac ecclesie Wladislauiensis[5] prepositis >< Datum ut supra.

60.

Romae, 14 novembris 1389.

Bonifacius IX Paulo Grimislai de Borzewo de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Plocensi providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Segobiensi, decano Wladislaviensi et custodi Lanciciensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 7 f. 115—116 (CXV—CXVI), series De prebendis vacaturis anno primo. *In fine litterarum* N. XI, XIII de Benevento.

Bonifacius... Paulo Grimislai de Barzowo[1] canonico Plocensi... Nobilitas generis, vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi, qui ut asseris ex utroque parente de nobili genere procreatus existis... consideracione... Wladislai[a] regis Polonie illustris pro te dilecto suo... supplicantis, graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Plocensis cum plenitudine iuris canonici apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero ipsius ecclesie, si qua vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, decimo octavo Kalendas decembris, anno primo.

---

59. [a] est *Reg. Lat.*

59. [1] *Zębocin villa in terra Proszovicensi, nunc in diocesi Kielcensi.* [2] *Wladislavia, Włocławek.* [3] *Johannes Radlica.* [4] *Vid. supra p. 41 Nr 41 adn. 1.* [5] *Wladislavienses praepositi tum temporis deprehenduntur: aa. 1367, 1387 Theodoricus, a. 1393 Andreas (Ulanowski B., Dokumenty kujawskie i mazowieckie in Archiwum Komisyi historycznej IV [Kraków 1888] 505 in indice).*

60. [a] Wlatislai *Reg. Lat.*

60. [1] *Borzewo villa parochialis prope opp. Płock*

Simili modo... episcopo Segobiensi[2] et... decano Wladislauiensis[3] ac custodi Lancziciensis Gneznensis diocesis[4] ecclesiarum >< Datum ut supra.

61.

Romae, 14 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Culmensi, ut Nicolao Muckow beneficium ecclesiasticum in ecclesia Warmiensi reservet, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 2 f. 192—193' (CXCII—CXCIII'), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XXII de Teramo.

Bonifacius etc. dilecto filio.. officiali Culmensi[1] salutem etc. Dignum arbitramur et congruum, ut illis se reddat Sedes apostolica graciosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Volentes igitur dilectum filium Nicolaum Muckow rectorem altaris S. Stephani prothomartiris siti in parrochiali ecclesia beate Marie Virginis de Colmen[2] Culmensis diocesis, magistrum in artibus, qui subdiaconus et ut asseritur in medicina bacallarius existit, apud nos de litterarum sciencia, vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gracioso, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si per diligentem examinacionem dictum Nicolaum bene legere, bene construere et bene cantare ac congrue loqui latinis verbis et alias ydoneum ad curatum beneficium obtinendum esse inveneris, eciam si dictus Nicolaus non bene cantaret, dummodo in tuis manibus iuret ad Dei euangelia, quod infra annum a tempore examinacionis huiusmodi computandum bene cantare addiscet, cum cura vel sine cura, et si forte ita esse non inveneris dictusque Nicolaus non bene cantet et non iuraverit ut prefertur, dummodo ipsum alias post diligentem examinacionem ad obtinendum beneficium sine cura ydoneum esse reppereris, super quibus tuam conscienciam oneramus, sine cura dumtaxat beneficium ecclesiasticum, cuius fructus, redditus et proventus, si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marc. argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem venerabilis fratris nostri.. episcopi Warmiensis et dilectorum filiorum prepositi, decani et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Warmiensis, in qua maiores ac medie et minores prebende existunt, communiter vel divisim pertinens, eciam si canonicatus ipsius ecclesie et una ex huiusmodi maioribus vel mediis aut minoribus prebendis fuerit, si quod vacat ad presens vel cum

60. [2] *Segobiensis al. Segoviensis episcopus (Segovia in Hispania) quidam Franciscus obligavit se 1387 15. V. et in Romana curia commorabatur; 8. IV. 1396 a Bonifacio IX depositus est, eo quod cum quibusdam nuntiis antipapae Benedicti XIII conjuraverat (Eubel, Hier. cath. I² 443 adn. 6).* [3] *Nicolaus iam a. 1370 et in vivis 21. XII. 1393 decanus Wladislaviensis (X. Dr J. Fijałek, Ustalenie chronologii biskupów włocławskich [Kraków 1894] 85); videtur fuisse filius palatini Lanciciensis (Lites II 122).* [4] *Nicolaus custos Lanciciensis, canonicus Plocensis et Cruswiciensis a. 1373 (Ulanowski B., Dokumenty kujawskie i mazowieckie in Archiwum Komisyi historycznei IV [Kraków 1888] 262 nr 85) et officialis Gneznensis a. 1387 (Kod. WPol. III 592 nr 1865) deprehenditur.*

61. [1] *Officialis curiae Culmensis Cristianus 1389 23. XII. fuisse deprehenditur (Woelky, Urkundenbuch d. Bisthums Culm 301 nr 384).* [2] *Chełmno.*

vacaverit, quod ipse Nicolaus per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spacium, postquam sibi vel eidem procuratori vacacio illius innotuerit, duxerit acceptandum, conferendum eidem Nicolao post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni tue auctoritate nostra reserves; districcius inhibendo eisdem episcopo, preposito, decano, capitulo, canonicis et personis, ne de huiusmodi beneficio interim eciam ante acceptacionem eandem, nisi postquam eis constiterit, quod Nicolaus vel procurator predicti illud noluerint acceptare, disponere quoquo modo presumant; ac nichilominus huiusmodi beneficium. quod reservabis, si ut premittitur vacat vel cum vacaverit, eidem Nicolao post acceptacionem huiusmodi auctoritate predicta cum omnibus iuribus et pertinenciis suis conferre et assignare procures, inducens per te vel alium seu alios dictum Nicolaum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem beneficii iuriumque et pertinenciarum predictorum eadem auctoritate et defendens inductum ac faciens ipsum Nicolaum vel dictum procuratorem suum ad beneficium huiusmodi ut est moris admitti sibique de ipsius beneficii fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi. Contradictores... Non obstantibus... aut quod idem Nicolaus ut asseritur altare predictum, quod sine cura est, obtinet, et super canonicatu et prebenda ecclesie Poznaniensis in palacio apostolico noscitur litigare. Nos insuper, si dictus Nicolaus ad hoc repertus fuerit ydoneus ut prefertur, exnunc perinde irritum decernentes et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die date presencium huiusmodi beneficium, si quod tunc vacabat vel cum vacaret, quod idem Nicolaus acceptaret ut prefertur, conferendum eidem Nicolao post acceptacionem huiusmodi donacioni apostolice cum interposicione decreti duxissemus specialiter reservandum. Datum Rome apud S. Petrum, decimo octavo[a] Kalendas decembris, pontificatus nostri anno primo.

62.

Romae, 14 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Wratislaviensi, ut Francisco Johannis Symonis beneficium ecclesiasticum ad collationem praepositi, decani, scholastici, cantoris, custodis, capituli singulorumque canonicorum ecclesiae S. Crucis Wratislaviae pertinens reservet, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 13—14 (XIII—XIIII), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXII de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 156 nr 271.

Bonifacius... officiali Wratislauiensi[1]... Dignum arbitramur etc. Volentes igitur... Franciscum Johannis Symonis clericum, perpertuum beneficiatum in ecclesia sancte Marie Magdalene Wratislauiensi[2], qui ut asseritur bacallarius in artibus existit... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus si per diligentem examinacionem dictum Franciscum... ydoneum ad... obtinendum beneficium... esse reppereris... beneficium ecclesiasticum, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura

61. [a] decimo octavo *in margine Reg. Lat. cum nota:* Jac. *loco intra cancellatorum* XVIII.

62. [1] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.* [2] *Ecclesia parochialis.*

fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... prepositi, decani, scolastici, cantoris, custodis et capituli singulorumque canonicorum ecclesie S. Crucis Wratislauiensis[3]... pertinens, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum eidem Francisco... reserves... Non obstantibus... aut quod dictus Franciscus ut asseritur quoddam altare, quod sine cura est, situm in ecclesia sancte Marie predicta noscitur obtinere... Datum Rome apud S. Petrum, decimo octavo Kalendas decembris, anno primo.

63.

Romae, 14 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Wratislaviensi, ut Francisco de Novo Foro presbytero Wratislaviensis diocesis beneficium ecclesiasticum ad collationem episcopi, praepositi, decani, scholastici, custodis, archidiaconi, cantoris, capituli singulorumque canonicorum ecclesiae Wratislaviensis pertinens reservet, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 63—64' (LXIII—LXIIII'), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXIIII de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 156 nr 272.

Bonifacius... officiali Wratislauiensi[1]... Dignum arbitramur etc. Volentes itaque... Franciscum de Novoforo[2] presbyterum Wratislauiensis diocesis, qui ut asserit bacallarius in artibus existit... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus si per diligentem examinacionem dictum Franciscum... ydoneum ad... beneficium obtinendum esse reppereris... beneficium ecclesiasticum, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Wratislauiensis et... prepositi, decani, scolastici, custodis, archidiaconi, cantoris et capituli singulorumque canonicorum ecclesie Wratislauiensis... pertinens, eciam si canonicatus et prebenda aut dignitas non tamen maior post pontificalem seu personatus vel officium ipsius ecclesie fuerit, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum eidem Francisco... reserves... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, decimo octavo Kalendas decembris, anno primo.

64.

Romae, 14 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Wratislaviensi, ut Johanni quondam Nicolai de Jevičko nato beneficium ecclesiasticum ad collationem episcopi, praepositi, decani, archidiaconi, cantoris, custodis, capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesiae Wratislaviensis pertinens reservet, mandat.

62. [3] *Ecclesia collegiata insignis a Henrico IV duce Wratislaviensi a. 1288 fundata intra muros castri.*

63. [1] *Vid. p. 7 Nr 5 adn. 2.* [2] *Nowy Targ, Neumarkt sedes archipresbiterialis versus occidentem a Wratislavia.*

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 139'—140' (CXXXVIIII'—CXL'), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXII de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 155 nr 268.

Bonifacius... officiali Wratislauiensi[1]... Dignum arbitramur etc. Volentes igitur... Johannem quondam Nicolai de Gewicz[2] natum rectorem parrochialis ecclesie in Schonewalde[3] Wratislauiensis diocesis... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus, si per diligentem examinacionem dictum Johannem... ydoneum ad... beneficium obtinendum esse reppereris... beneficium ecclesiasticum, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Wratislauiensis et... prepositi, decani, archidiaconi, cantoris, custodis et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Wratislauiensis... pertinens, dummodo canonicatus et prebenda cathedralis ecclesie non fuerit, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum eidem Johanni... reserves... Non obstantibus... seu quod dictus Johannes prefatam parrochialem ecclesiam noscitur obtinere. Volumus autem, quod idem Johannes, quamprimum vigore presencium huiusmodi curatum beneficium fuerit pacifice assecutus, eandem parrochialem ecclesiam, quam ut prefertur obtinet, et quam extunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur... Datum Rome apud S. Petrum, decimo octavo Kalendas decembris, anno primo.

65.

Romae, 14 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Wratislaviensi, ut Gunthero de Prato beneficium ecclesiasticum ad collationem episcopi, praepositi, decani, archidiaconi, custodis, cantoris, scholastici, capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesiae Wratislaviensis pertinens reservet, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 216—217' (CCXVI—CCXVII'), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXII de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 157 nr 274.

Bonifacius... officiali Wratislauiensi[1]... Dignum arbitramur etc. Volentes igitur... Guntherum de Prato[2] rectorem altaris siti in curia episcopali Legnicensi[3] Wratislauiensis diocesis... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus, si per diligentem examinacionem dictum Guntherum... ad... beneficium obtinendum ydoneum esse reppereris... beneficium ecclesiasticum, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Wratislauiensis et... prepositi,

64. [1] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.* [2] *Jevičko, Gewitsch in Moravia in diocesi Olomucensi.* [3] *Schönwalde villa cum ecclesia parochiali S. Laurentii prope Frankenstein (Ząbkowice), tunc monasterii Hendrichoviensis propria.*

65. [1] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.* [2] *Pratum id est Łąka nunc verisimiliter Wiese villa in parochia Schebitz (Schewecz, Szewce) prope Trzebnica in ducatu Olesnicensi.* [3] *Capella B. Mariae Magdalenae constructa in curia episcopali Lignicensi.*

decani, archidiaconi, custodis, cantoris, scolastici et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie predicte... pertinens, eciam si canonicatus et prebenda aut officium simplex ipsius ecclesie existat, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum eidem Gunthero... reserves... Non obstantibus... aut quod prefatus Guntherus altare predictum, quod sine cura est, noscitur obtinere... Datum Rome apud S. Petrum, decimo octavo Kalendas decembris, anno primo.

66.

Romae, 14 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Wratislaviensi, ut Ludovico Creycz de Nissa beneficium ecclesiasticum ad collationem episcopi Wratislaviensis pertinens reservet, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 228'—230 (CCXXVIII'—CCXXX), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXII de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 156 nr 270.

Bonifacius... officiali Wratislauiensi[1]... Dignum arbitramur etc. Volentes itaque... Ludouicum Creycz de Nysa[2] rectorem altaris sancti Jacobi siti in parrochiali ecclesia de Nisa Wratislauiensis diocesis, in iure canonico bacallarium, qui ut asseritur in sacra theologia scolaris existit... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus si per diligentem examinacionem dictum Ludouicum... ydoneum ad... beneficium obtinendum esse reppereris... beneficium ecclesiasticum, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Wratislauiensis pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum dicto Ludouico... reserves... Non obstantibus... seu quod idem Ludouicus ut asserit predictum ac beate Marie situm in ecclesia sancti Jacobi in Vienna[3] altaria ac capellam sancte Barbare sitam infra septa in Nuemberga[4] monasteriorum ordinis sancti Augustini Pataujensis diocesis, que sine cura sunt, obtinet... Datum Rome apud S. Petrum, decimo octavo Kalendas decembris, anno primo.

67.

Romae, 14 novembris 1389.

Bonifacius IX Opeczkoni Michaelis de Olavia beneficium ecclesiasticum ad collationem episcopi, praepositi, decani, archidiaconi, scholastici, cantoris, custodis, capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesiae Wratislaviensis pertinens reservat; cuius quidem reservationis executionem episcopo Perusino, abbati monasterii S. Mariae in Arena Wratislaviae et officiali Wratislaviensi mandat.

66. [1] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.* [2] *Vid. supra p. 27 Nr 22 adn. 3.* [3] *Wien in Austria.* [4] *Neuburga Claustralis, Klosterneuburg in Austria.*

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 6—7' (VI—VII'), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In fine litterarum* Pro Deo. N. de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 155 nr 267.

Bonifacius... Opeczkoni Michaelis de Olauia[1] clerico Wratislauiensis diocesis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... venerabilis fratris.. episcopi et dilectorum filiorum.. prepositi,.. decani,.. archidiaconi,.. scolastici,.. cantoris,.. custodis et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Wratislauiensis... pertinens... si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, decimo octavo Kalendas decembris, pontificatus nostri anno primo.

Simili modo venerabili fratri.. episcopo Perusino[2] et dilectis filiis.. abbati monasterii sancte Marie in Arena extra muros Wratislauienses[3] ac.. officiali Wratislauiensi[4] >< Datum ut supra.

68.

Romae, 14 novembris 1389.

Bonifacius IX Johanni Merkil clerico Wratislaviensi beneficium ecclesiasticum ad collationem episcopi, praepositi, decani, scholastici, custodis, capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesiae Olomucensis pertinens reservat; cuius quidem reservationis executionem Segobiensi et Abelonensi episcopis ac abbati monasterii Gradicensis extra muros Olomucenses mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 193'—194' (CXCIII'—CXCIIII'), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. N. de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 154 nr 266.

Bonifacius... Johanni Merkil clerico Wratislauiensi... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum... cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Olomucensis et... prepositi, decani, scolastici, custodis et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Olomucensis... pertinens, eciam si huiusmodi beneficium in ecclesia ipsa fuerit, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, decimo octavo Kalendas decembris, pontificatus nostri anno primo.

Simili modo... Segobiensi[1] et Abellonensi[2] episcopis ac... abbati monasterii Gradicensis extra muros Olomucenses[3] >< Datum ut supra.

---

67. [1] *Olawa, Ohlau opp. in Silesia prope Wratislaviam et fl. Oderam.* [2] *Vid. supra p. 30 Nr 25 adn. 4.* [3] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 2.* [4] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.*

68. [1] *Vid. supra p. 55 Nr 60 adn. 1.* [2] *Abelonensis episc. (in insula Nigroponti, Euboea) Franciscus (Eubel op. c. supra 65).* [3] *Abbas Gradicensis (Hradiště in Moravia) monasterii S. Stephani ord. Praemonstratensis Vikerius (Crofta C. op. c. supra 1375 in indice).*

69.

Romae, 15 novembris 1389.

Bonifacius IX praeposito ecclesiae S. Mariae Lanciciensis Gneznensis diocesis, ut Nicolao de Gruszczyce de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Cracoviensi provideat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 34'—35 (XXXIIII'—XXXV), series De prebendis vacaturis anno primo. *In fine litterarum* N. XXI de Benevento.

Reg. Abraham Wl., Sprawozdanie (II) 135.

Bonifacius... preposito ecclesie sancte Marie Lanciciensis[1] Gneznensis diocesis... Dignum arbitramur etc. Volentes itaque... Nicolaum de Gruszczicze[2] clericum Gneznensis diocesis, qui ut asserit ex utroque parente de nobili genere procreatus et bacallarius in artibus ac Prage in iure canonico scolaris existit... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus, si post diligentem examinacionem dictum Nicolaum ad hoc ydoneum esse reppereris... ei de canonicatu ecclesie Cracouiensis cum plenitudine iuris canonici apostolica auctoritate provideas, faciens ipsum vel procuratorem suum eius nomine in eadem ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis, prebendam vero ipsius ecclesie, si qua vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam eidem Nicolao... donacioni tue eadem auctoritate reserves... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, decimo septimo Kalendas decembris, pontificatus nostri anno primo.

70.

Romae, 15 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Wladislaviensi, ut Johanni de Głowina de canonicatu sub expectatione praebendae et dignitatis, personatus seu officii in ecclesia Plocensi provideat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 7 f. 198'—199' (CXCVIII'—CXCVIIII'), series De prebendis et dignitatibus vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXVI de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 158 nr 278.

Bonifacius... officiali Wladislauiensi[1]... Dignum arbitramur... Volentes itaque... Johannem de Glouina[a][2] rectorem parrochialis ecclesie in Leccaw[3] Plocensis diocesis,

69. [1] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 2.* [2] *Gruszczyce villa parochialis in terra Sieradiensi tunc Gneznensis nunc Wladislaviensis diocesis. Nicolaus Grusticz a. 1388 in studio Pragensi ad baccalariatum in artibus admissus est (Mon. Univ. Pragensis I/I 257).*

70. [a] Glomna *Crofta l. c. supra*

70. [1] *Wladislaviensis officialis tum temporis ignotus; anno vero 1403 6. XI. Nicolaus de Jasona canonicus et officialis Wladislaviensis deprehenditur (Rzyszczewski i Muczkowski, Kod. dypl. Pol. II [Warszawa 1848] 354 nr 342), de quo confer X. Dr J. Fijalek, Ustalenie chronologii biskupów włocławskich [Kraków 1894] 99.* [2] *Głowina villa in parochia nunc Sobowo prope Dobrzyń in terra Dobrinensi.* [3] *Lekowo villa parochialis prope Ciechanów tunc et nunc in diocesi Plocensi.*

qui ut asserit in iure canonico Prage studet et ex utroque parente de militari genere procreatus existit... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus... si post diligentem examinacionem dictum Iohannem... ydoneum esse reppereris, ei de canonicatu ecclesie Plocensis cum plenitudine iuris canonici auctoritate nostra provideas... prebendam ac dignitatem vel personatum seu officium cum cura vel sine cura, eciam si ad dignitatem ipsam consueverit quis per eleccionem assumi, dummodo dignitas ipsa maior post pontificalem in eadem ecclesia non existat... si que vel si qui aut si qua in eadem ecclesia vacant ad presens vel cum... vacaverint... conferendas vel conferendos seu conferenda Iohanni[b]. . donacioni tue... reserves... Non obstantibus... aut quod idem Iohannes ut asseritur dictam parrochialem ecclesiam et quoddam perpetuum beneficium, prebenda generalis nuncupatum, eiusdem ecclesie Plocensis obtinet. Volumus autem, quod dictus Iohannes, quamprimum vigore presencium dignitatem vel personatum seu curatum officium fuerit pacifice assecutus, dictam parrochialem ecclesiam... prout id sponte voluit, dimittere teneatur... Datum Rome apud S. Petrum, decimo septimo Kalendas decembris, anno primo.

71.

Romae, 15 novembris 1389.

Bonifacius IX Johanni de Dobrzyń beneficium ecclesiasticum ad collationem episcopi, praepositi, decani, custodis, archidiaconi, scholastici, cantoris singulorumque canonicorum et personarum ecclesiae Plocensis pertinens reservat; cuius quidem reservationis executionem episcopo Perusino et cantori ac scholastico ecclesiae Lanciciensis mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 73'—74' (LXXIII'—LXXIIII'), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. N. de Benevento.

Bonifacius... Johanni de Dobrin[1] clerico Plocensis diocesis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi ... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem (annuum)[a] non excedant, ad collacionem... episcopi Plocensis et... prepositi, decani, custodis, archidiaconi, scolastici, cantoris singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Plocensis... pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, decimo septimo Kalendas decembris, anno primo.

Simili modo venerabili fratri... episcopo Perusino[2] et dilectis filiis custodi[3] ac scolastico ecclesie Lanciciensis[4] Gneznensis diocesis >< Datum ut supra.

---

70. [b] Johanni *in margine pro cancellato* tibi *in Reg. Lat.*

71. [a] *deest in Reg. Lat.*

71. [1] *Dobrzyń opp. nunc in dioc. Wladislaviensi.* [2] *Vid. supra p. 30 Nr 25 adn. 4.* [3] *Vid. supra p. 55 Nr 60 adn. 4.* [4] *Boguslaus scholasticus Lanciciensis iam a. 1377 et praeterea canonicus Gneznensis a. 1387 (Kod. WPol. III 454, 590 nr 1733, 1863) deprehenditur.*

72.

Romae, 15 novembris 1389.

Bonifacius IX Henrico Witte clerico Warmiensi beneficium ecclesiasticum ad collationem episcopi, praepositi, decani et capituli singulorumque canonicorum, praelatorum et personarum ecclesiae Warmiensis pertinens reservat; cuius quidem reservationis executionem Tudensi et Sambiensi episcopis ac officiali Warmiensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 18 f. 35—36 (XXXVI—XXXVII), series De beneficiis vacaturis anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XI, XIII de Teramo.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 158 nr 279.

Bonifacius... Henrico Witte[1] clerico Warmiensis diocesis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi, qui bacallarius in artibus et ut asseris in eisdem artibus Prage studes... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus, si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Warmiensis et... prepositi,.. decani et capituli singulorumque canonicorum, prelatorum et personarum ecclesie Warmiensis... pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, decimo septimo Kalendas decembris, anno primo.

Simili modo... Tudensi[2] et... Sambiensi[3] episcopis ac... officiali Warmiensi[4] >< Datum ut supra.

73.

Romae, 18 novembris 1389.

Bonifacius IX Conrado Stolcz de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Poznaniensi providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Tudensi, praeposito Wratislaviensis et decano Maioris Glogoviensis ecclesiarum mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 8 f. 123'—125 (CXXIIII'—CXXVI), series De prebendis et dignitatibus vacantibus anno primo. *In fine litterarum* N. XII, XIIII de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 162 nr 288.

Bonifacius... Conrado Stolcz canonico ecclesie Poznaniensis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Poznaniensis cum plenitudine iuris canonici... tibi conferimus et de illo eciam providemus,

72. [1] *Henricus Vit a. 1383 in studio Pragensi (Mon. Univ. Prag. I/I 213, 215).* [2] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [3] *Sambiensis episcopus Henricus Kuwal a. 1386, resignavit ante 20. III. 1395 (Eubel, Hier. cath. I² 433).* [4] *Henricus Heilsberg de Vogilsang (Cod. dipl. Warmiensis III 195—199 nr 233) clericus Warmiensis a. 1379, rector ecclesiae in Santoppen a. 1381, Pragae in facultate juridica inscriptus a. 1382, baccalarius a. 1386, in Warmia a. 1387, rector ecclesiae parochialis in Wartenberg, officialis curiae episcopalis et canonicus Warmiensis a. 1389, administrator bonorum capituli Warmiensis a. 1398, episcopus Warmiensis aa. 1401 † 1415 (Monum. hist. Warmiensis III [Braunsberg 1866] 8).*

prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... aut quod ut asseris in dicta archidiaconatum Scremensem[1] et in sancte Crucis Opoliensis[2] Wratislauiensis diocesis ecclesiis quandam perpetuam vicariam et unum altare obtines et nos dudum tibi de canonicatu sub expectacione prebende dicte sancte Crucis ecclesie, per cuius quidem prebende assecucionem vicariam predictam dimittere teneris, per nostras litteras duximus providendum... Datum Rome apud S. Petrum, quarto decimo Kalendas decembris, anno primo.

Simili modo... episcopo Tudensi[3] et... preposito Wratislauiensis[4] ac decano maioris Glogouiensis[5] Wratislauiensis diocesis ecclesiarum[a] >< Datum ut supra.

74.

Romae, 18 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Cracoviensi, ut Jacobo Swenthoslai de Jeziorsko clerico Gneznensis diocesis de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Cracoviensi provideat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 6 f. 116'—117 (CXVI'—CXVII), series De prebendis vacaturis anno primo. *In fine litterarum* N. XXI de Benevento.

Bonifacius... officiali Cracouiensi[1]... Dignum arbitramur etc. Volentes itaque... Jacobum Swenthoslai de Jezersko[2] clericum Gneznensis diocesis apud nos de nobilitate generis... commendatum... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus, si post diligentem examinacionem dictum Jacobum, qui ut asseritur ex utroque parente de nobili genere procreatus est, ad hoc ydoneum esse reppereris... eidem Jacobo de canonicatu ecclesie Cracouiensis cum plenitudine iuris canonici auctoritate nostra provideas... prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam eidem Jacobo... donacioni tue... reserves... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, decimo quarto Kalendas decembris, anno primo.

75.

Romae, 19 novembris 1389.

Bonifacius IX officiali Tornacensi, ut Livino Colins canonicatum et praebendam ecclesiae S. Pharahildis Gandensis, quorum possessionem ipse per Jacobum Fransoys in manibus Ogeri Porcier resignatorum, ex permutatione pro parochiali ecclesia de Oesterzeele in manibus Henrici Lopsceis, Henrici episcopi Wladislaviensis tunc vero Cameracensis diocesis electi, vicarii in spiritualibus generalis resignata, est adeptus, conferat, mandat.

73. [a] ecclesiarum decanis *inepte in Reg. Lat.*

73. [1] *Srem civitas ad fluvium Wartam; Conradus ut archidiaconus Sremensis in capitulo ecclesiae Poznaniensis erat iam a. 1383 (Kod. WPol. III 541 nr 1815).* [2] *Opole, Oppeln civitas ad fl. Oderam cum ecclesia collegiata S. Crucis.* [3] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [4] *Johannes Schiruffki vel iam Johannes de Borsnicz (Crofta C. op. c. 322 nr 568).* [5] *Glogovia Maior, Głogów, Großglogau civitas cum ecclesia collegiata B. Mariae.*

74. [1] *Vid. supra p. 33 Nr 29 adn. 1.* [2] *Jeziorsko villa parochialis prope opp. Warta; cuius quidem villae heres Swanthoslaus de Gezersco vixit a. 1360 (Kod. WPol. III 169 nr 1438).*

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 1 f. 284—285 (CCXXXVIII—CCXXXIX; 326—327), series De exhibitis anno primo. *In fine litterarum* N. XXIIII de Benevento.

Bonifacius etc. dilecto filio.. officiali Tornacensi[1] salutem etc. Dignum arbitramur etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte... Liuini Colins perpetui capellani in parrochiali ecclesia S. Johannis Gandensi[2] Tornacensis diocesis peticio continebat, quod olim ipse parrochialem ecclesiam de Oesterzelle et... Jacobus Fransoys canonicatum et prebendam ecclesie S. Pharahildis Gandensis Cameracensis[3] et dicte Tornacensis diocesium, quos tunc temporis obtinebant, desiderantes illos... invicem permutare, Liuinus videlicet in... Henrici de Lopsceis, tunc... Henrici Wladislauiensis tunc Cameracensis electi[4], vicarii in spiritualibus generalis et Jacobus prefati in... Ogeri Porcier prepositi dicte ecclesie S. Pharahildis manibus extra Romanam curiam libere resignarunt, et Henricus tunc vicarius, habens ad hoc ab eodem electo specialem per eius litteras potestatem, parrochialis ecclesie, per eum vigore potestatis huiusmodi illam Jacobo, et Ogerus prepositus predicti, cum ad prepositum ipsius ecclesie S. Pharahildis pro tempore existentem dictorum canonicatus et prebende resignacionis, que eciam ex causa permutacionis fiat, recepcio et admissio necnon collacio et provisio de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertineant, per eum auctoritate ordinaria canonicatus et prebende eorundem, resignacionibus huiusmodi extra dictam Curiam admissis, canonicatum et prebendam predictos per huiusmodi resignaciones vacantes dicta auctoritate Liuino prefatis contulerunt et de illis eciam providerunt, ipseque Liuinus eorundem canonicatus et prebende vigore collacionis et provisionis huiusmodi de illis ut prefertur sibi factarum fuit corporalem possessionem adeptus. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, dictus Liuinus dubitet huiusmodi collacionem et provisionem de dictis canonicatu et prebenda... sibi factas ex certis causis viribus non subsistere et sicut accepimus dicti canonicatus et prebenda adhuc... vacare noscantur, nos volentes eundem Liuinum, qui presbiter est... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus si post diligentem examinacionem dictum Liuinum (ad hoc)[a] ydoneum esse reppereris... canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus... quadraginta florenorum auri secundum communem extimacionem valorem annuum... non excedunt... eidem Liuino auctoritate nostra conferas et assignes... Non obstantibus... seu quod dictus Liuinus quandam perpetuam capellaniam in ecclesia S. Johannis predicti, cuius fructus... viginti florenorum auri... valorem annuum... non excedunt, noscitur obtinere... Datum Rome apud S. Petrum, decimo tercio Kalendas decembris, anno primo.

76.

Romae, 27 novembris 1389.

Franciscus S. Eustachii diaconus cardinalis, collegii cardinalium camerarius, Raynhardo episcopo Culmensi terminum solutionis communis et unius minuti servitiorum prorogat.

75. [a] *illegibile in Reg. Lat.*

75. [1] *Tournay episcopatus in regno Belgiae.* [2] *Gandawa, Gent civitas in regno Belgiae.* [3] *Cambrai episc. suffr. Renensis, nunc in depart. Pas de Calais in Francia.* [4] *Henricus dux Lignicensis, frater Wenceslai episcopi Wratislaviensis, ex decano Wratislaviensi post Johannis episcopi Cameracensis 1388 12. I. mortem episcopus Cameracensis electus, dein episcopus Wladislaviensis in Polonia factus obligavit se a. 1389 14. V. † 12. XII. 1398 (X. Dr J. Fijałek, Ustalenie chronologii biskupów włocławskich [Kraków 1894] 39—40).*

Arch. Vat., Obl. et Sol. T. 47 f. 79. In margine sinistro ad init. litt. Episcopi Culmensis, *in fine* flor. III gr. III.

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris in eodem libro contentis hic supplentur.*

Franciscus[1] (miseracione Diuina tit. S. Eustachii diaconus cardinalis, sacri collegii reverendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane ecclesie çardinalium camerarius, universis et singulis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus per presentes), quod intellecta mole gravaminum pro parte reverendissimi in Christo patris domini Raynhardi Dei gracia episcopi Culmensis[2] coram nobis exposita, que ipsum (ad solvendum id, in quo Camere collegii dictorum dominorum cardinalium pro suo communi et uno minuto serviciis consueto debito pro familiaribus et officialibus dicti collegii sub certis penis et sentenciis racione dicte sue ecclesie existit efficaciter obligatus, reddunt verisimiliter impotentem, auctoritate dicti collegii nobis in hac parte concessa) terminum[a] faciende solucionis dictorum communis et unius minuti serviciorum usque ad festum Resurreccionis Domini nostri Jesu Christi proxime futurum prorogamus (et de novo assignamus eidem), ita tamen (quod, si in solucione huiusmodi defecerit in termino de novo sibi constituto, penis et sentenciis, quibus antea ligabatur, sit astrictus et eum in hiis scriptis declaramus astringi et relabi ipso facto); ipsumque ab excommunicacionis (sentencia, quam incurrit propter moram solucionis dictorum communis et unius minuti serviciorum non facte termino constituto, et a reatu periurii et aliis penis et sententiis tenore presencium absolvimus et reddimus absolutum), secum super (irregularitate, si quam propterea incurrit[b] se Diuinis officiis immiscendo, non tamen in contemptum clavium, misericorditer dispensantes). In quorum testimonium (presentes litteras fieri et sigilli nostri cardinalatus iussimus appensione muniri). Datum Rome apud S. Petrum sub anno Domini MCCC octuagesimo nono, indiccione duodecima, die vicesima septima mensis novembris, pontificatus domini Bonifacii anno primo.

77.

Romae, 30 novembris 1389.

Bonifacius IX Boguslao Johannis de Chorzewo nato, dicto Lazarus, canonicatum et praebendam ecclesiae Plocensis, post promotionem b. m. Stiborii ad episcopatum Plocensem vacantes, confert.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 283—284 (CCLXXXII—CCLXXXIII), series De prebendis vacantibus anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. N. de Benevento.

Bonifacius etc... Boguslao Johannis de Chorzewo[1] dicto Lazarus canonico Plocensi salutem etc. Vite ac morum honestas... Dudum siquidem felicis recordacionis Urbanus papa VI predecessor noster omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica, que promovendi per eum ad quarumcunque ecclesiarum cathedralium regimina tempore promocionum huiusmodi obtinerent, extunc inantea vacatura colla-

76. [a] terminum etc. *Reg. Lat.* [b] *in libro Obl. et Sol. correctum ex* incurrerit

76. [1] *Franciscus Renzio de Alifia tit. S. Eustachii diaconus cardinalis, vulgo »de Alifia« dictus, promotus 1384 21. XII. † 27. IX. 1390 (Eubel, Hier. cath. I² 24, 50).* [2] *Vid. supra p. 10 Nr 6 adn. 4.*

77. [1] *Verisimiliter villa in parochia Slupia, districtu et decanatu Plocensi.*

cioni et disposicioni sue reservans decrevit: extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate contingeret attemptari. Postmodum vero canonicatu et prebenda ecclesie Plocensis ex eo vacantibus, quod dictus predecessor de persona bone memorie Stiborii episcopi Plocensis[2], tunc canonicatum et prebendam predictos obtinentis, eidem ecclesie tunc pastore carenti apostolica auctoritate providit, preficiendo eum eidem ecclesie in episcopum et pastorem, sibique extra Romanam curiam fecit munus consecracionis impendi... nos volentes tibi, qui ut asseris nullum beneficium ecclesiasticum obtines, tunc premissorum meritorum tuorum intuitu graciam facere specialem, canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus, redditus et proventus viginti marcarum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum ut asseris non excedunt, sic vacantes cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinenciis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus; decernentes prout est irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel contingeret imposterum attemptari. Non obstantibus... Nulli ergo... Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, secundo Kalendas decembris, anno primo.

Simili modo... Tudensi[3] et Poznaniensi episcopis[4] ac... preposito ecclesie S. Floriani extra muros Cracovienses[5] >< Datum ut supra.

78.

Romae, 3 decembris 1389.

Marinus tit. S. Mariae Novae diaconus cardinalis, camerarius Summi Pontificis, Johanni Manco Camerae collectori, ut Mathiam Strobicz eiusdem Camerae debitorem ad solvendum compellat, mandat.

Arch. Vat., Armar. XXIX T. 1 f. 131'—132 (CVII'—CVIII). In margine sinistro ad init. litt. Mandatur Johanni Manco, ut exigat centum decem et octo flor. a decano Opoliensi.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 163 nr 290.

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris supplentur.*

Marinus[1] (miseracione Diuina S. Marie Noue diaconus cardinalis, domini pape camerarius), venerabili viro domino Johanni Manco[2] apostolice Camere clerico, in nonnullis partibus dicte Camere apostolice iurium collectori, salutem in Domino. Quia venerabilis vir dominus Mathias Strobicz decanus Opoliensis[3] Wratislauiensis diocesis in certa summa pecuniarum dicte Camere apostolice extiterat et nunc aliqua parte dicte summe per ipsum exsoluta in centum decem et octo florenis auri de Camera efficaciter extat obligatus, vobis tenore presencium committimus et mandamus, quatenus dictum dominum Mathiam Strobicz decanum etc., dicte Camere apostolice ut prefertur debitorem, per vos vel alium seu alios moneatis et per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia com-

77. [2] *Sciborius Radzimiński de gente Ostoja archidiaconus (Mon. Pol. hist. VI 609), consecratus 1381 18. XII. † 1390 (Eubel, Hier. cath. I² 402).* [3] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [4] *Vid. supra p. 11 Nr 7 adn. 2.* [5] *Vid supra p. 3 Nr 1 adn. 6.*

78. [1] *Marinus Bulcanus abbas et subdiaconus Summi Pontificis, diaconus S. Mariae Novae in Urbe, vulgo Bulcanus dictus † 8. VIII. 1394 (Eubel, Hier. cath. I² 25).* [2] *Vid. supra p. 21 Nr 17 adn. 1.* [3] *Vid. supra p. 64 Nr 73 adn. 2.*

pellatis, ut dictos centum decem et octo florenos de Camera infra certum tempus eidem per vos vel substituundum vel substituundos a vobis prefigendum ad curiam Romanam mittat realiter cum effectu, eosdemque reverendissimo in Christo patri domino Raynaldo S. Viti ad Macellum diacono cardinali[4] loco et ex parte dicte Camere apostolice solvat realiter et assignet, quem eciam reverendissimum patrem etc. ad dictos centum decem et octo florenos auri recipiendos nomine dicte Camere tenore presencium deputamus. Nos enim sentencias sive penas, quas in dictum Mathiam propter premissa per vos vel substituundum vel substituundos a vobis tuleritis sive tulerint, ratas habebimus et inviolabiliter observari (faciemus)[a]. Datum Rome (apud S. Petrum sub anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono, indiccione duodecima), die III decembris, pontificatus (sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii Diuina providencia pape noni) anno primo.

79.

Romae, 3 decembris 1389.

Franciscus S. Eustachii diaconus cardinalis, collegii cardinalium camerarius, Henricum episcopum Sambiensem de solutis pecuniis quitat.

Arch. Vat., 1. Obl. et Sol. T. 47 f. 82' (81'). In margine sinistro ad init. litt. Episcopi Sambiensis. De hac solucione fuit facta divisio de mense preterito, *in fine* flor. IIII gr. IIII. — *2. Obl. et Sol. T. 59 f. 22 (23).*

Adn. Uncis inclusa loco etc. *de similibus litteris in eodem libro 47 contentis hic supplentur.*

Franciscus[1] (... S. Eustachii diaconus cardinalis, sacri collegii... cardinalium camerarius... notum facimus...), quod reverendus in Christo pater dominus Henricus Dei gracia episcopus Sambiensis[2] pro complemento sui communis (servicii, in quo Camere collegii... cardinalium... racione dicte sue ecclesie Sambiensis existit efficaciter obligatus) octuaginta tres florenos auri de Camera, solidos quatuordecim, denarios septem monete Romane et pro complemento unius minuti servicii (consueti, debiti pro familiaribus et officialibus dicti collegii), quinque florenos similes, solidos decem, denarios tres et obulum dicte monete nobis (et familiaribus et officialibus dicti collegii) per manus honorabilis viri domini Andree Lewyn[a][3] capellani S. Georgii[4] extra muros Danczk[5] Wladislauiensis[b] diocesis (die date presencium solvi fecit realiter et cum effectu), de quibus (sic datis, sic solutis dictum reverendum patrem dominum Henricum episcopum Sambiensem eiusque heredes et successores et dictam suam ecclesiam tenore presencium quitamus et eciam liberamus). Ipsumque etc.[c] Secum etc.[c] Verum intellecta mole gravaminum (... que ipsum ad solvendum id, in quo Camere ac familiaribus et officialibus dicti collegii pro residuo dicti communis et unius minuti servicii remanet efficaciter obligatus, reddunt verisimiliter impotentem...) terminum (faciende solucionis residui

78. [a] *deest in libro Armarii*

78. [4] *Rainaldus Brancatius abbas et acolytus Summi Pontificis, cardinalis diaconus tit. S. Viti et Modesti, vulgo »de Brancatiis« dictus † 1427 (Eubel, Hier. cath. I² 25).*

79. [a] Leuin *cop. 2* [b] Dancz lauiensis *cop. 2* [c] *vid. supra p. 66 Nr 76*

79. [1] *Vid. supra p. 66 Nr 76 adn. 1.* [2] *Vid. supra p. 63 Nr 72 adn. 3.* [3] *Lewino villa in parochia Strzepcz prope Gdańsk in diocesi Culmensi.* [4] *Ecclesia hodie non extat.* [5] *Gdańsk.*

dictorum communis et unius minuti serviciorum) pro suo recognito usque ad festum[d] Assumpcionis B. Marie Virginis[6] (prorogamus et de novo assignamus eidem). Ita tamen etc.[e] In quorum etc.[e] Datum Rome apud S. Petrum, anno Domini MCCCLXXXIX, indiccione duodecima, die tercia mensis decembris, pontificatus domini Bonifacii anno primo[7].

80.

Romae, 5 decembris 1389.

Bonifacius IX Johannem de Minden canonicum Warmiensem in suum et apostolicae Sedis capellanum recipit.

Arch. Vat., 1. Reg. Vatic. T. 313 f. CCXLIII'3 (249'3, 247'3). In fine litterarum ad sinistram X N. de Piperno, Jo. de Malesicz, *ad dextram* Pro N. de Benevento, H. Berngoys. — *2. Armar. XXXI T. 36 f. 501 (481).*

Adn. Uncinis interclusa loco etc. *ex similibus litteris in Armar. XXXI T. 36 f. 14 (13) contentis depromuntur.*

Bonifacius (servus servorum Dei) dilecto filio magistro Johanni de Minden[1] canonico Warmiensi, magistro in artibus et bacallario in medicina salutem (et apostolicam benediccionem). Virtutibus clarens (et meritis, sicut fame laudabilis testimonio commendaris, illam in nostro et apostolice Sedis conspectu graciam meruisti, quod personam tuam paterna benivolencia prosequamur et eam libenter attolamus honoris gracia specialis. Ut igitur in effectu percipias, quod suggerit nostre mentis affectus, te in nostrum et dicte Sedis capellanum graciose recipimus ac nostrorum et ipsius Sedis capellanorum consorcio favorabiliter aggregamus, intendentes, quod per hoc favoris apostolici presidia plenius sorciaris. Sic igitur de bono in melius studiis virtutum intendas, quod merito ad faciendum tibi pleniorem graciam invitemur. Nulli ergo (omnino hominum liceat hanc paginam nostre recepcionis et aggregacionis infringere vel ei ausu temerario contraire). Si quis autem (hoc attemptare presumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei et BB. Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum). Datum Rome apud S. Petrum, nonis decembris, pontificatus nostri anno primo.

---

79. [d] usque festum usque ad Assumpcionis *cop. 1* [e] *vid. supra p. 66 Nr. 76*

79. [6] *15. VIII. 1390.* [7] *Sub eadem data divisio particularis pecuniarum summae per Henricum episcopum Sambiensem solutae in libro Divisionum de hoc anno (Arch. Vat., Obl. et Sol. T. 51 fol. 3) hoc modo adnotatur* Anno (primo) pontificatus (domini Bonifacii pape noni), die tercia decembris soluti fuerunt per reverendum patrem dominum Henricum episcopum Sambiensem pro complemento sui communis servicii flor. 83 sol. 14 den. 7 monete Romane, et pro complemento unius minuti flor. 5 solid. 10 den. 3 et obulus. Fuit promotus anno nono *Urbani VI.* Fuerunt in ipsius promocione cardinales XVI videlicet: Alanconio, Perusinus, Pisanus, S. Ciriaci, Nucerinus, Florentinus, Manupello, de Alifia, De Flisco, Monopolitanus, Neapolitanus, Bulcanus, de Laude, Rauennas, (de) Petramala, (de) Brancaciis. Capiunt hii pro communi et minuto flor. 88 sol. 24 den. 10 et obulum. Capit clericus collegii sol. 44 den. 3. Restant flor. 87 sol. 30 den. 7. Capit quilibet flor. 5 sol. 23 den. 9 et obulum. Capiunt tandem, qui presentes fuerunt in conclavi, porcionem domini nostri *Bonifacii IX* ac mortuorum, qui sunt quinque; ascendunt ad 27 flor. sol. 19. Cardinales sunt hii: Perusinus, Pisanus, Auersanus, Florentinus, Manupello, de Flisco, de Alifia, Tudertinus, Brancaciis, Bulcanus, de Laude; capit quilibet flor. 2 sol. 14 den. 1.

80. [1] *Minden opp. et episcopatus ad fl. Wezeram.*

81.

Romae, 5 decembris 1389.

Bonifacius IX Johanni Bernardi presbytero de canonicatu sub expectatione praebendae et de archidiaconatu Arnswaldensi in ecclesia Caminensi providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Tudensi et archidiacono ac officiali Lubucensibus mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 7 f. 234—236' (CCL—CCLII'), series De dignitatibus vacantibus anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XIIII, XVI de Teramo.

Bonifacius etc... Johanni Bernardi archidiacono Arnswoldensi in ecclesia Caminensi[1]... Vite ac morum honestas... Dudum siquidem... Urbanus papa VI... omnes dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica quorumcumque per assecucionem pacificam dignitatum, personatuum vel officiorum aut aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet per eum seu auctoritate litterarum suarum tunc collatorum et inantea conferendorum eisdem, tunc vacancia et imposterum vacatura, collacioni et disposicioni sue reservans decrevit: extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Et deinde cum vicedecanatus ecclesie predicte tunc certo modo vacare speraretur, dictus predecessor dilecto filio Johanni de Gaczekow[a 2] vicedecano ecclesie predicte de vicedecanatu predicto, qui dignitas est, ac de canonicatu sub expectacione minoris prebende eiusdem ecclesie, in qua maiores et minores prebende sunt, per suas certi tenoris litteras mandavit provideri, ac voluit inter cetera, quod quamprimum ipse Johannes sive vicedecanatus sive canonicatus et prebende predictorum huiusmodi litterarum vigore foret possessionem pacifice assecutus, archidiaconatum Arnswoldensem in eadem ecclesia, quem tunc temporis obtinebat, et quem idem predecessor extunc vacare decrevit, omnino dimittere teneretur. Postmodum vero cum archidiaconatus predictus propterea vacare speraretur, idem predecessor quondam Jode clerico de archidiaconatu predicto, cum illum ut prefertur vel alias quovis modo, preterquam per ipsius Johannis Gaczecow obitum, vacare contingeret, per alias suas litteras graciose provideri mandavit; ac demum archidiaconatu predicto ex eo, quod idem Johannes Gaczecow vicedecanatum predictum auctoritate predictarum litterarum sibi concessarum ei collatum, dicto predecessore adhuc in humanis agente et predicto Johanne Jode extra Romanam curiam defuncto, extitit pacifice assecutus, vacante, eodemque predecessore, per eum de archidiaconatu predicto aliter non disposito... sublato de medio, nos... ad apicem summi apostolatus assumpti, cum a nonnulis revocaretur in dubium, an post predicti predecessoris obitum aliquis preter Romanum pontificem de dignitatibus, personatibus vel officiis aut aliis beneficiis ecclesiasticis per ipsum predecessorem disposicioni sue reservatis et tempore obitus predecessoris eiusdem vacantibus disponere potuisset sive posset, ad huiusmodi ambiguitatis tolendum dubium per nostras litteras declaravimus: dignitates, personatus et

81. [a] Gaczekow *in margine Reg. Lat. pro cancellato in contextu* Gaczow *cum nota* Jac.

81. [1] *Arnswalde in Brandenburgia.* [2] *Johannes de Gaczekow, hodie Gützkow in Pomerania, baccalarius: in decretis a. 1386, in iure canonico a. 1391, apostolicus familiaris a. 1400, decretorum doctor et causarum palatii apostolici auditor a. 1402 (Crofta C. o. c. V 87, 250, 915, 1136 nr 133, 450, 1635, 1963; E. Cerchiari, Sacra Romana Rota II [Romae MCMXX] 38).*

officia ac alia beneficia ecclesiastica supradicta, que tempore obitus eiusdem predecessoris sic reservata vacabant, remansisse et remanere per huiusmodi reservacionem et decretum affecta, nullumque de illis preter Romanum pontificem ea vice disponere potuisse sive posse quoquomodo, et decrevimus: irritum et inane, quicquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan erat vel imposterum contingeret attemptari. Cum autem secundum premissa archidiaconatus predictus adhuc... vacare noscitur, nullusque de illo preter Romanum pontificem hac vice disponere potuerit sive possit reservacione, declaracione et decretis obsistentibus supradictis, nos (volentes)[b] tibi, qui presbiter es et ut asseris per plures annos in iure canonico studuisti... graciam facere specialem, canonicatum ecclesie predicte, in qua maiores et minores prebende existunt, cum plenitudine iuris canonici, ac archidiaconatum predictum, qui curatus et dignitas non tamen maior post pontificalem in dicta ecclesia est, et non nisi per canonicos dicte ecclesie maiores prebendas obtinentes obtineri consuevit, et ad quem quis per eleccionem non assumitur, et cuius fructus... quatuor marcharum argenti... valorem annuum... non excedunt, vacantes... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus, ac unam de huiusmodi maioribus prebendis, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... seu quod ut asseris in Lubucensi[3] auctoritate litterarum nostrarum sub expectacione prebende et in B. Marie Virginis in Stetin[4] cum prebenda canonicatus obtines, et super altari sine cura S. Johannis Euangeliste sito in parrochiali in Pircz[5] Caminensis diocesis ecclesiis, quorum quidem canonicatus et prebende ecclesie B. Marie Virginis in Stetin (ac)[b] altaris (predicti)[b] fructus... quatuordecim marcharum argenti puri... valorem annuum non excedunt, in palacio apostolico nosceris litigare... Datum Rome apud S. Petrum, nonis decembris, pontificatus nostri anno primo.

Simili modo... episcopo Tudensi[6] et... archidiacono ecclesie Lubucensis[7] ac officiali Lubucensi[8] >< Datum ut supra.

82.

Romae, 5 decembris 1389.

Bonifacius IX Johanni de Oborniki de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Poznaniensi providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Tudensi, praeposito Gneznensi et officiali Poznaniensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 6 f. 233'—235 (CCXXXIII'—CCXXXV), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XII, XIIII de Teramo.

Bonifacius... Johanni Obornig canonico Poznaniensi[1]... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Poznaniensis cum plenitudine iuris canonici tibi conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero,

81. [b] *hoc omissum in Reg. Lat.*

81. [3] *Lubusz, Lebus.* [4] *Szczecin, Stettin.* [5] *Pyrzyce, Pyritz versus orientem a fl. Odera in Pomerania.* [6] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [7] *Archidiaconus Lubucensis Bernhardus aa. 1375, 1393 (Wohlbrück S. W., Geschichte des ehemaligen Bisthums Lebus II [Berlin 1829] 43).* [8] *Officialis et vicarius in spiritualibus generalis episcopi Lubucensis Johannis de Kitllicz a. 1388 Henricus Friberg deprehenditur (Wohlbrück o. c. supra 50).*

82. [1] *Oborniki opp. ad fl. Wartam inferius Poznaniam.*

si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... aut quod ut asseris in ecclesia predicta quandam perpetuam vicariam et capellam beate Marie sitam iuxta cimiterium eiusdem ecclesie, que sine cura sunt, ac parrochialem ecclesiam in Gluchowo[2] Poznaniensis diocesis obtines et quod dudum tibi de parrochiali ecclesia sancti Adalberti in Monte extra muros Poznanienses[3], tunc certo modo vacante, apostolica fuit auctoritate concessum provideri. Volumus autem, quod quamprimum vigore presencium canonicatus et prebende dicte Poznaniensis ecclesie possessionem fueris pacificam assecutus, parrochialem ecclesiam in Gluchowo, quam eciam per assecucionem eiusdem ecclesie sancti Adalberti dimittere teneris, si illam interim non dimiseris ac vicariam predictas, quas extunc vacare decernimus, omnino, prout ad id te sponte obtulisti, dimittere tenearis... Datum Rome apud S. Petrum, nonis decembris, anno primo.

Simili modo... episcopo Tudensi[4] et... preposito ecclesie Gneznensis[5] ac officiali Poznaniensi[6] >< Datum ut supra.

83.

Romae, 6 decembris 1389.

Bonifacius IX iudicibus, ut Michaeli Stanislai Wyzonis de Opole nato canonicatum et praebendam ecclesiae S. Crucis Opoliensis conferant, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 239—240 (CCXXXVIIII—CCXL), series De prebendis vacantibus anno primo. *In fine litterarum* N. XVI de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 164 nr 291.

Bonifacius... abbati monasterii S. Marie in Arena extra muros Wratislauienses[1] et preposito ecclesie Wratislauiensis[2] ac officiali Wratislauiensi[3] salutem... Laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius Michael Stanislai Wyzonis de Opol[4] clericus Wratislauiensis diocesis fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie S. Crucis Opoliensis Wratislauiensis diocesis, quos quondam Leonardus de Benthomsdorf[5] ipsius ecclesie canonicus, dum viveret, obtinebat, per ipsius Leonardi obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverint et vacare noscantur ad presens, licet dilectus filius Stephanus Petri de Loblyn[6], qui se gerit pro presbytero dicte diocesis, eosdem canonicatum et prebendam detineat indebite occupatos, nos volentes eidem Michaeli... graciam facere specialem, discrecioni vestre... mandamus, quatinus... si vocatis dicto Stephano et aliis, qui fuerint evocandi, dictos canonicatum et prebendam vacare reppereritis ut prefertur, eosdem canonicatum et prebendam, quorum fructus... duodecim marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum, ut ipse Michael asserit, non excedunt, eciam si tanto tempore vacaverint, quod eorum collacio iuxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem

82. [2] *Głuchowo villa inter Poznaniam et opp. Kościan.* [3] *Nunc in civitate Poznaniensi ad plateam S. Adalberti.* [4] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [5] *Nicolaus Strosberg.* [6] *Vid. supra p. 37 Nr 35 adn. 1.*

83. [1] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 2.* [2] *Vid. supra p. 64 Nr 73 adn. 4.* [3] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.* [4] *Vid. supra p. 64 Nr 73 adn. 2.* [5] *Legi potest etiam Beuthomsdorf, Benchonisdorf, verisimiliter hodie Bösdorf prope opp. Nissam ex parte septentrionali.* [6] *Loblin recte Lublin nunc autem Lubliniec in dioc. Katowicensi, palatinatu Silesiensi in Polonia.*

apostolicam legitime devoluta existat, ipseque Leonardus fructuum et proventuum Camere apostolice debitorum collector vel succollector aut officialis Sedis predicte seu eiusdem Sedis vel alicuius ex venerabilibus fratribus nostris S. Romane ecclesie cardinalibus familiaris fuerit, dummodo tempore date presencium non sit in eis alicui specialiter ius quesitum ... eidem Michaeli auctoritate nostra conferre et assignare curetis, inducentes eundem ... in corporalem possessionem canonicatus et prebende predictorum et defendentes inductum ... Non obstantibus ... Datum Rome apud S. Petrum, octavo idus decembris, anno primo.

84.

Romae, 6 decembris 1389.

Bonifacius IX magistrum Petrum de Strelicz ad omne ius, quod olim b. m. Francisco S. Eustachii diacono cardinali in praepositura ecclesiae Cracoviensis competebat, surrogat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 1 f. 180'—182 (CCLX'—CCLXII; 224'—226), series De exhibitis anno primo. *In fine litterarum* N. XXII de Benevento.

Reg. Abraham Wl., Sprawozdanie (II) 135.

Bonifacius etc. dilecto filio magistro Petro de Strelicz[1] canonico Cracoviensi, capellano nostro, salutem etc. Grata tue devocionis obsequia, que nobis et apostolice Sedi hactenus impendisti et adhuc solicitis studiis impendere non desistis, necnon vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt, ut te apostolicis favoribus prosequamur. Dudum siquidem pro parte bone memorie Francisci S. Eustachii diaconi cardinalis[2] exposito felicis recordacionis Urbano pape VI, predecessori nostro, quod olim ipse tunc litterarum apostolicarum corrector existens canonicatum et prebendam ac preposituram ecclesie Cracouiensis, de quibus tunc per obitum quondam Willelmi Horborch[3] dicte ecclesie canonici et prepositi vacantibus et antea disposicioni apostolice reservatis sibi fuerat auctoritate apostolica provisum et quorum possessionem nondum habebat, et dilectus filius Abraham Abrahe decanatum ecclesie Plocensis[4], quem (tunc)[a] temporis obtinebat,

84. [a] *omissum in Reg. Lat.*

84. [1] *Vid. supra p. 5 Nr 3.* [2] *Franciscus Renzio de Alifia tit. S. Eustachii diaconus cardinalis, vulgo »de Alifia« dictus, promotus 1381 21. XII., † 27. IX. 1390 (Eubel, Hier. cath. I² 24, 50). Hic Urbani VI et Bonifacii IX temporibus s. collegii cardinalium camerarius fuit 1386—1390. Post eius mortem Henricus tit. S. Anastasiae presbiter cardinalis collegii cardinalium camerarius iam 10. X. 1390 deprehenditur (Crofta, Mon. Vat. Boh. V 202 nr 359). Verisimiliter litterae apostolicae de concessa Petro Strelicz a Bonifacio IX die 9. XII. 1389 gratia tum demum post mortem Francisci confectae sunt.* [3] *Guillelmus Horborch Alemanus, utriusque iuris doctor, causarum palatii apostolici auditor, Determinationum, Conclusionum Rotae celeberrimus auctor (Emmanuele Cerchiari, Capellani papae et apostolicae Sedis auditores causarum s. palatii apostolici seu Sacra Romana Rota ... II [Romae 1920] 34).* [4] *Decanus ecclesiae Plocensis: quidam Meczslaus aa. 1372—1380 (Kod. Ks. Mazowieckiego [Warszawa 1863] 81, 95 nr 87, 102), Abraham Abrahe canonicus: Cracoviensis 1391, 1407, Plocensis 1391, Poznaniensis 1391, 1407, Lanciciensis 1407, praepositus: Cracoviensis 1400, 1409, Lanciciensis 1407, 1409 (Arch. Vat., Reg. Lateran. t. 14 f. 89'—91', Kod. Kat. Krak. II 575, Kod. WPol. V 693) deprehenduntur.*

asserentes se desiderare illos ex certis racionabilibus causis invicem permutare, in manibus dilecti filii magistri Bartholomei Francisci prepositi ecclesie Pratensis Pistoriensis diocesis, notarii dicte Sedis[5], apud Sedem predictam ex causa permutacionis huiusmodi libere resignarant, idemque Bartholomeus de speciali mandato eiusdem predecessoris, super hoc vive vocis oraculo sibi facto, resignaciones huiusmodi ex causa predicta apud Sedem admiserat antedictam, idemque predecessor decanatum Francisco cardinali tunc correctori[b] predictarum litterarum et canonicatum ac prebendam necnon preposituram predictos, per huiusmodi resignaciones vacantes, Abrahe prefatis per suas litteras contulerat et de illis eciam providerat; quodque licet prefatus Abraham tempore permutacionis huiusmodi asseruisset decanatum predictum canonicatui et prebende ac prepositure prefatis in valore equalem existere, tamen ut ad eiusdem cardinalis noticiam postmodum pervenerat, idem decanatus longe minoris valoris existebat, quam erant canonicatus et prebenda ac prepositura predicti et propterea idem cardinalis senserat se per eundem Abraham graviter esse deceptum, predictus predecessor dilecto filio magistro Eusebio Regna canonico Mediolanensi, dicte Sedis notario, tunc in Romana curia commoranti, commisit, ut si vocatis dicto Abraham et aliis, qui forent evocandi, premissa reperiret veritate fulciri, predictas litteras, per quas idem predecessor cardinali tunc correctori de decanatu et Abrahe prefatis de canonicatu et prebenda ac prepositura huiusmodi providerat ut prefertur, et processus habitos per easdem et quecumque inde secuta auctoritate apostolica cassaret, irritaret et annullaret et cardinali ad canonicatum et prebendam ac preposituram et Abrahe prefatis ad decanatum predictos redeundi auctoritate predicta licenciam largiretur, ac in huiusmodi causa procederet terminis a iure statutis et in palacio apostolico in similibus servari consuetis abbreviatis; et subsequenter orta inter eosdem cardinalem et Abraham super eisdem canonicatu et prebenda ac prepositura, quos quilibet ipsorum scilicet cardinalis et Abrahe ad se de iure spectare asserebant, prout adhuc ipse Abraham asserit, coram dicto Eusebio materia questionis, tandem cum idem Eusebius se a dicta Curia absentasset, prefatus predecessor causam huiusmodi venerabili fratri nostro Johanni episcopo Herefordensi[6] tunc capellano dicte Sedis et auditori causarum palacii apostolici audiendam commisit et fine debito terminandam; postmodum vero cum, sicut exhibita nobis pro parte tua peticio continebat, prefatus cardinalis, postquam dictus episcopus tunc auditor in huiusmodi causa ad nonnullos actus inter partes ipsas processerat, huiusmodi liti et cause ac omni iuri sibi in dicta prepositura seu ad eam quomodolibet competenti coram eodem episcopo tunc auditore, eodem predecessore adhuc in humanis agente, sponte cessisset, nos qui dicto predecessore, sicut Domino placuit, sublato de medio fuimus Diuina favente clemencia ad apicem summi apostolatus assumpti, statum huiusmodi cause habentes presentibus pro expresso et ne ad eandem preposituram alicui pateret viciosus ingressus, si lis huiusmodi careat legitimo defensore, qui teneatur eandem providere, tibique specialem graciam (facere)[c] teque in dicta ecclesia Cracouiensi amplius honorare volentes, videlicet hodie dilecto filio magistro Henrico Godebarii capellano nostro et auditori causarum dicti palacii[7], cum dictus

84 [b] corrector *Reg. Lat.* [c] *omissum in Reg. Lat.*

84. [5] *Magister Bartholomaeus Francisci Sedis apostolicae notarius, ab anno 1394 officium cancellariae S. Romanae Ecclesiae regebat (Crofta, Mon. Vat. Boh. V 489 nr 890).* [6] *Johannes Trefnant decretorum doctor ab Urbano papa VI in auditorem sacri palatii receptus, dein ad episcopatum Erefordensem promotus (Cerchiari E. o. supra c. II 36).* [7] *Henricus Gobdari alias Goderban auditor sacri palatii, die 31. XII. 1390 recens defunctus (Cerchiari E. o. supra c. II 36).*

episcopus tunc auditor se a prefata Curia absentasset, per litteras nostras dedimus in mandatis, ut causam huiusmodi in eo statu, in quo ultimo coram eodem episcopo tunc auditore remanserat, (resumeret)[d] eamque audiret et fine debito terminaret et dummodo tu in ipsa prepositura intrusus non esses, in omni iure et ad omne ius, quod prefato cardinali in eadem prepositura seu ad eam tempore huiusmodi cessionis quomodolibet competebat seu competere poterat, auctoritate apostolica surrogaret dictumque ius tibi conferret (et) de illo eciam provideret, teque ad huiusmodi ius ac eius necnon litis et cause huiusmodi prosecucionem et defensionem in eo statu, in quo causam ipsam inveniret et in quo idem cardinalis tempore cessionis huiusmodi existebat et si liti et cause ac iuri huiusmodi non cessisset, potuisset et debuisset admitti, admitteret et admitti faceret, ut moris esset, et nichilominus eandem preposituram, sive per resignacionem predictam eiusdem cardinalis sive alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacaret, dummodo tunc non esset in ea alicui specialiter ius quesitum, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis tibi auctoritate apostolica conferret et eciam assignaret, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua peticio continebat, nos ante datam litterarum predictarum, videlicet nostri apostolatus primordiis, tibi de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Gneznensis graciose provideri concesserimus et de huiusmodi concessionis gracia in predictis litteris nulla mencio habeatur, nos ne propterea predicte littere surrepticie reputentur providere, teque premissorum obsequiorum et meritorum tuorum intuitu favore prosequi gracioso volentes, tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, volumus et apostolica tibi auctoritate concedimus, quod prefate littere et processus habiti per easdem et quecunque inde secuta perinde valeant et plenam obtineant roboris firmitatem, acsi de huiusmodi concessionis gracia in eisdem litteris specialis et expressa mencio facta foret; non obstantibus omnibus, que in predictis litteris voluimus non obstare. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et concessionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, octavo idus decembris, anno primo.

85.

(Romae, 1389—1390).

Bonifacius IX Andreae episcopo Ceretensi verisimiliter quasdam gratias concedit.

Arch. Vat., Reg. Lateran. Appendix I f. 2'.

Adn. Appendix I ad Reg. Lateran. formata est maxima ex parte ex foliis, quae antea Nr 209 de »Fondo Santini« constituerant et quae restaurata et ligata in volumina I—VI aa. 1930—1 sunt. In folio 2 Appendicis I solum initium litterarum Bonifacii papae IX ad Andream episcopum Ceretensem reperitur, verisimiliter de anno primo pontificatus, etenim alterae duae einsdem Pontificis litterae, in hoc folio descriptae, anno pontificatus primo datae sunt.

Bonifacius etc. venerabili fratri Andree episcopo Ceretensi[1] salutem etc. Racioni congruit etc. Dudum siquidem felicis recordacionis Urbanus papa VI, predecessor noster,

84. [d] *omissum in Reg. Lat. — Vid. infra litteras de data: Romae, 8 aprilis 1391.*

85. [1] *Sereth oppidum tunc in Moldavia nunc in Romania. Andreas stemmate Jastrzębiec, dictus A. de Cracovia vel A. Polonus etiam A. Vaszilo (Dlugossius J., Historia Polonica III*

tecum, qui ut asserebatur de fructibus et redditibus tue mense episcopalis Ceretensis commode sustentari non poteras, cum omnia bona dicte mense per infideles Littuanos penitus essent consumpta et deserta et quia dudum in illis partibus processus per ipsum predecessorem factos contra perdicionis alumnum Robertum olim Basilice XII apostolorum presbyterum cardinalem tunc et nunc antipapam, qui se Clementem VII[2] ausu sacri(lego nominare presumit...)

86.

Romae, 2 januarii 1390.

Bonifacius IX Paulo Nicolai Sczhemla de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Poznaniensi providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Tudensi, archidiacono ecclesiae Wratislaviensis et officiali Poznaniensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 182'—183' (CLXXXII'—CLXXXIII'), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XII, XIIII de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 165 nr 294.

Bonifacius etc... Paulo Nicolai Sczhemla[a 1] canonico Poznaniensis diocesis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Poznaniensis... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... aut quod nuper tibi ut asseris de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura vacante vel vacaturo ad collacionem... episcopi predicti et... prepositi, decani, archidiaconi, scolastici, cantoris, custodis et capituli dicte ecclesie communiter vel divisim pertinente per alias nostras litteras graciose concessimus provideri. Nulli ergo etc... Datum Rome apud S. Petrum, quarto nonas januarii, anno primo.

Simili modo... episcopo Tudensi[2] et... archidiacono ecclesie Wratislauiensis[3] ac officiali Poznaniensi[4]... Datum ut supra.

[Kraków 1876] 469), ordinis Fratrum Minorum, a. 1370 31. VII. episcopus Ceretensis nominatus, a. 1371 9. III. Cracoviae consecratus (Polski słownik biograficzny I [Kraków 1935] 183), a. 1372 17. I. per Gregorium XI papam ad administrandam ecclesiam Haliciensem designatus (Abraham Wł., Powstanie organizacji Kościoła łacińskiego na Rusi I [Lwów 1904] 293), aa. 1376—1388 suffraganeus Gneznensis (Czaplewski P. ks., Tytularny episcopat w Polsce średniowiecznej in Roczniki Towarzystwa Przyjaciół Nauk Poznańskiego XL [Poznań 1914] 106), deinde a Dobrogostio episcopo Poznaniensi auctoritate apostolica de ecclesia Ceretensi ad ecclesiam Wilnensem translatus, episcopus Wilnensis demum a. 1391 deprehenditur (Fijałek J. ks. et Semkowicz Wł., Kodeks dyplomatyczny katedry i diecezji wileńskiej I [Kraków 1932] 26, 36 nr 13, 21; Kod. dypl. Ks. Mazowieckiego [Warszawa 1863] 113 nr 120).

85. [2] *Clemens VI (Robertus de Gebennis) antipapa aa. 1378—1394.*

86. [a] *verbum corruptive scriptum*

86. [1] *Ignotus.* [2] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [3] *Nicolaus de Poznania archidiaconus et canonicus Wratislaviensis a. 1393 deprehenditur (Cod. dipl. Silesiae XXVIII 254), † ante 24. IX. 1396 (Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 565 nr 1027).* [4] *Vid. supra p. 37 Nr 35 adn. 1.*

87.

Romae, 11 januarii 1390.

Bonifacius IX cum Jacobo Polen de Pruszcz clerico Gneznensis diocesis super defectu natalium dispensat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 5 f. 13'—14 (XIIII'—XV), series De diversis formis anno primo. *In fine litterarum* Pro Deo. N. de Benevento.

Bonifacius etc. dilecto filio Iacobo Polen de Prucz clerico Gneznensis diocesis [1] salutem etc. Laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt, ut te specialibus favoribus et graciis prosequamur. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua peticio continebat, quod olim tecum, ut non obstante defectu natalium, quem pateris de presbytero genitus et soluta, ad omnes eciam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, eciamsi curam haberet animarum, obtinere posses, fuit auctoritate apostolica dispensatum; post quam quidem dispensacionem ad diaconatus ordinem promotus rite fuisti. Nos igitur, volentes te premissorum meritorum tuorum intuitu favore prosequi gracie amplioris, tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, tecum ut quecumque [a] et qualiacumque beneficia ecclesiastica invicem compaciencia, si tibi alias canonice conferantur, recipere et retinere illaque tociens, quociens tibi placuerit, pro alio vel aliis simili [b] vel dissimili [c] aut similibus vel dissimilibus beneficio seu beneficiis ecclesiastico seu ecclesiasticis invicem compatibilibus ex causa permutacionis vel alias simpliciter dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica recipere et retinere libere et licite valeas, defectu predicto necnon Pictauiensis concilii et quibuscumque aliis constitucionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus beneficia ipsa forsan fuerint, contrariis iuramento, confirmacione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica tenore presencium de speciali dono gracie dispensamus; tibi nichilominus de uberioris dono gracie concedentes, quod in quibuscunque graciis per te a Sede apostolica de cetero impetrandis nullam de defectu predicto tenearis facere mencionem. Nulli ergo etc. nostre dispensacionis et concessionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, tercio idus januarii, anno primo.

88.

Romae, 15 januarii 1390.

Bonifacius IX iudicibus, ut Landulfo tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano in Urbe diacono cardinali praeposituram ecclesiae collegiatae S. Mariae in Wiślica conferant, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 2121 A. f. 70'—71' (XLVII'—XLVIII'), series De litteris dominorum cardinalium. *In fine litterarum* Pro domino cardinali. Jac. de Teramo.

Adn. Liber hic continens Miscellanea litterarum apostolicarum, *Registris Lateranensibus adiunctus, minus facile legi potest, quia scriptura in eo plurimis locis aqua est lita. — Uncinis inclusa ab editore hic supplentur.*

87. [a] quemcunque, quocumque *Reg. Lat.* [b] simile *l. c.* [c] dissimile *l. c.*

87. [1] *Pruszcz, Prust prope Tucholam et fluvium Brdam tunc in Gneznensi nunc in Culmensi diocesi.*

Bonifacius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri archiepiscopo...[a] et dilectis filiis preposito monasterii Mochouiensis[1] per prepositum soliti gubernari Cracouiensis diocesis ac Nicolao Sbignei de Lappanow canonico Cracouiensi[2] salutem et apostolicam benediccionem. Dum exquisitam dilecti filii nostri Landulfi sancti Nicolai in Carceretulliano diaconi cardinalis[3] circumspeccionis industriam diligenter attendimus et paterna consideracione pensamus, quod ipse Romanam ecclesiam, cuius honorabile membrum existit, suorum honorat magnitudine meritorum, dignum reputamus et congruum, ut (nostra) ipsum gracia favorabiliter prosequamur, per quam suis oportunitatibus pro expensarum oneribus commodius supportandis, que ipsum (subi)re oportet, continue valeat providere. Cum itaque sicut accepimus, quod prepositura ecclesie sancte Marie Wisliciensis[4] Cracouiensis diocesis, quam quondam Swlatislaws[5] ultimus prepositus eiusdem ecclesie, dum viveret ob(tinebat), per ipsius Swlatislai obitum, qui extra Romanam curiam clausit diem extremam, vacet ad presens et tanto tempore vacaverit, quod (eius col)lacio est iuxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem apostolicam (legitime de)voluta, nos volentes eidem cardinali, ut huiusmodi exp(ensarum onera) commodius supportare valeat, de alicuius subvencionis (auxilio pro)videre graciamque facere specialem, motu proprio (non ad) cardinalis vel alterius pro eo nobis super hoc oblate (peticionis) instanciam, sed de nostra mera liberalitate discrecioni (vestre per apostoli)ca scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut (unus vestrum per) vos vel alium seu alios predictam preposituram, que (dignitas) principalis, cui cura imminet animarum, in eadem (ecclesia exi)stit et ad quam quis per eleccionem non consueverit[b] as(sumi, cuius)que fructus, redditus et proventus sexaginta marcharum a(rgenti puri) secundum communem extimacionem valorem annuum (ut asseritur) non excedunt, sive ut premittitur sive alias quovis modo (vel) ex alterius cuiuscumque persona vacet, eciam si prepositura (ipsa) disposicioni apostolice specialiter reservata existat, dummodo (tempore) dat(e) presencium non sit in ea alicui specialiter ius quesitum, (cum) omnibus iuribus et pertinenciis suis apostolica eidem ca(rdinali) auctoritate conferre et assignare curetis; inducentes (eum) vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem prepositure ac iurium et pertinenciarum predictorum eadem auctoritate, et defendentes inductum amoto exinde quolibet (illici)to detentore, ac facientes ipsum cardinalem vel dictum procuratorem pro eo ad eandem preposituram ut est moris admitti, (sibi)que de ipsius prepositure fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie contrariis iuramento, confirmacione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis; (seu) si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus, personatibus vel officiis in ipsa ecclesia Wisliciensi speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales predicte Sedis vel legatorum

88. [a] *locus parum legibilis; legi potest* Surtin., Sartin., Barin. *(?)* [b] consueueuit *Reg. Lat.*

88. [1] *Vid. supra p. 41 Nr 41 adn. 1.* [2] *Łapanów villa prope opp. Gdów tunc in Cracoviensi nunc in Tarnoviensi diocesi. Nicolaus Sbignei de Lapanów alias Łapanowski canonicus Cracoviensis, praeterea aa. 1414—1422 praepositus Kielcensis (Kod. Kat. Krak. II 387, 482 nr 549, 608).* [3] *Landulfus Maramaldus diaconus cardinalis tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano, vulgo Barensis dictus, ab Urbano VI privatus, a Bonifacio IX restitutus, a. 1393 recessit de Curia et ivit Gaetam, † 1415 Constantiae (Eubel, Hier. cath. I² 24).* [4] *Vid. supra p. 30 Nr 25 adn. 3.* [5] *Swlatislaws ignotus. Tum temporis praepositi Wislicienses: aa. 1376—1383 Derslaus canonicus Cracoviensis, a. vero 1389 3. II. Paulus canonicus Cracoviensis (Kod. Kat. Krak. II 73, 134 nr 305, 355) deprehenduntur.*

eius litteras impetrarunt, eciam si per eas ad inhibicionem, reservacionem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus prefatum cardinalem in assecucione[c] dicte prepositure volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem dignitatum, personatuum vel officiorum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari; seu si venerabili fratri nostro episcopo Cracouiensi et dilectis filiis capitulo eiusdem ecclesie (vel quibus)vis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede in(dultum, quod) ad recepcionem vel provisionem alicuius minime (teneantur) et [d]ad id[d] compelli aut quod interdici, suspendi vel excommu(nicari non) possint, quodque de dignitatibus, personatibus vel officiis (quibuscunque) aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem, (provisionem), presentacionem seu quamvis aliam disposicionem (coniunctim) vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per (litteras) apostolicas non facientes plenam et expresssam ac de ve(rbo ad ver)bum de indulto huiusmodi mencionem, et qualibet alia (dicte Sedi)s indulgencia generali vel speciali cuiuscumque tenoris (existat), per quam presentibus non expressam vel totaliter non in(sertam) effectus huiusmodi gracie impediri valeat quomodolibet (vel di)fferri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litte(ris m)encio specialis; aut si prefatus cardinalis presens non (fuer)it ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus (dicte) ecclesie solitum iuramentum, ad quod prestandum, dummodo per (pro)curatorem ydoneum illud prestet, eundem cardinalem volumus non teneri. Nos enim cum eodem cardinale[e], ut prepositaram predictam libere recipere et una cum ecclesia sancti Nicolai in Carceretuliano de Urbe ac prioratibus, dignitatibus, personatibus et officiis, canonicatibus et prebendis, ecclesiis et aliis beneficiis ecclesiasticis secularibus et regularibus cum cura vel sine cura, que obtinet (vel) expectat et in quibus (et ad que) ius sibi competit, quecunque, (quot)cumque et qualiacunque fuerint, licite retinere valeat, generalis concilii et aliis constitucionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus supradictis contrariis (ne)quaquam obstantibus, auc(tori)tate predicta motu simili de uberioris dono gracie dispensamus, proviso quod prepositura, prioratus, dignitates, personatus, offi(cia), canonicatus et prebende, ecclesie et alia beneficia ecclesiastica s(upra)dicta debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura, in quibus illa imminet, nullatenus negli(gatur). Nos insuper exnun(c) irritum decernimus et inane, si secus super hiis e quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter cont(igerit) attemptari[f]. Datum Rome apud S. Petrum, decimo octavo (Kalendas) februarii, pontificatus nostri anno primo.

89.

Romae, 18 januarii 1390.

Bonifacius IX praeposito ecclesiae S. Floriani extra Cracoviam, ut nobili Groth militi Cracoviensis diocesis, filio Sangnei de Konary, fundandi capellam seu altare S. Catherinae in ecclesia Cracoviensi licentiam largiatur, mandat.

Arch. Vat., *Reg. Lateran. T. 1 f. 241 (284), series* De diversis formis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XX de Teramo.
Reg. Abraham Wł., Sprawozdanie (II) 135.

Bonifacius etc. dilecto filio.. preposito ecclesie sancti Floriani extra muros Craco-

88. [c] assecucionem *Reg Lat.* [d—d] addid *Reg. Lat.* [e] cardinalem *Reg. Lat.* [f] attemtari *Reg. Lat.*

uienses [1] salutem etc. Sincere devocionis affectus, quem dilectus filius nobilis vir Groth Sangnei de Conari [2] miles Cracouiensis diocesis ad nos et Romanam gerit ecclesiam, promeretur, ut votis suis in hiis presertim, per que Diuinus cultus augeri valeat, quantum cum (Deo) [a] possumus, favorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Groth peticio continebat, quod ipse ex magno devocionis fervore, quem ad Cracouiensem ecclesiam et sanctam Catherinam habere dinoscitur, cupiens terrena in celescia et transitoria in eterna felici commercio commutare, de bonis sibi a Deo collatis in eadem ecclesia ad honorem et sub vocabulo dicte Sancte unam capellam seu altare de novo fundare et construere ac pro uno perpetuo presbitero ibidem Domino servituro sufficienter dotare proponit. Quare pro parte dicti Groth nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi faciendi premissa licenciam concedere de benignitate apostolica dignaremur, iure patronatus capelle sive altaris huiusmodi sibi suisque heredibus imperpetuum reservato. Nos igitur, qui Diuinum cultum nostris augeri temporibus intensis desideriis affectamus, huiusmodi pium ipsius Groth propositum plurimum in Domino commendantes, eisdem supplicacionibus inclinati, discrecioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus si est ita prefato Groth, quod huiusmodi capellam sive altare in eadem ecclesia fundare, construere ac dotare libere et licite valeat, auctoritate nostra licenciam largiaris, iure patronatus eiusdem capelle seu altaris et presentandi rectorem ad illud, quociens ipsam vel ipsum vacare contigerit, prefato Groth et heredibus imperpetuum reservato. Datum Rome apud S. Petrum, quinto decimo Kalendas februarii, pontificatus nostri anno primo.

90.

Romae, 18 januarii 1390.

Bonifacius IX episcopo Poznaniensi, ut Alberto filio Pustolcze de Bielawy dignitatem ad collationem archiepiscopi Gneznensis pertinentem conferat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 7 f. 172—173 (CLXXII—CLXXIII), series De dignitatibus vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXII de Benevento.

Bonifacius... episcopo Poznaniensi [1] salutem... Dignum arbitramur etc. Volentes igitur... Albertum Pustolcze de Belawi [2] canonicum Gneznensem, qui presbiter et ut asseritur ex utroque parente de nobili genere procreatus existit... favore prosequi gracioso... fraternitati tue... mandamus, quatinus, si per diligentem examinacionem dictum Albertum... ydoneum ad dignitatem obtinendum esse repereris... dignitatem, cuius

89. [a] Deo *deest in Reg. Lat.*

89. [1] *Nicolaus de Skroniów canonicus Cracoviensis.* [2] *Konary; una de villis huius nominis in par. Nawarzyce in diocesi tunc Cracoviensi nunc Kielcensi. Sangneus vel Signewus de Conari aa. 1386—1387 deprehenditur (Kod. MPol. IV 3, 14, 15 nr 976, 984, 985).*

90. [1] *Vid. supra p. 11 Nr 7 adn. 2.* [2] *Bielawy opp. tunc in Gneznensi nunc in Warsaviensi diocesi. Pustolka stemmate Zaremba heres de Bielawy; cuius filius Albertus de Bielawy inde Bielawski nuncupatus, a. 1381 canonicus Lanciciensis, a. 1384 canonicus Gneznensis, postea etiam a. 1400 scholasticus Lanciciensis (Kod. WPol. III 504, 546 nr 1786, 1820, IV 1 nr 1) deprehenditur, † 1429 (Korytkowski J., Pralaci i kanonicy katedry metropolitalnej gnieźnieńskiej I [Gniezno 1883] 42—44).*

fructus... viginti quinque marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... archiepiscopi Gneznensis pertinentem, eciam si curata non tamen maior post pontificalem in Gneznensi vel principalis in aliqua ex collegiatis ecclesiis civitatis et diocesis Gneznensis existat, si qua in huiusmodi Gneznensi vel collegiata ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam dicto Alberto... donacioni tue auctoritate nostra reserves... Non obstantibus... seu quod prefatus Albertus in predicta Gneznensi et in Lanciciensi ecclesiis canonicatus et prebendas necnon parrochialem ecclesiam in Pantek [3] predicte diocesis noscitur obtinere. Volumus autem, quod idem Albertus, quamprimum vigore presencium dignitatem huiusmodi fuerit pacifice assecutus, dictam parrochialem ecclesiam, quam extunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur... Datum Rome apud S. Petrum, decimo quinto Kalendas februarii, anno primo.

91.

Romae, 20 januarii 1390.

Franciscus tit. S. Eustachii diaconus cardinalis, collegii cardinalium camerarius, Wenceslaum episcopum Wratislaviensem de solutione partis servitiorum eius quitat.

Arch. Vat., 1. Obl. et Sol. T. 47 f. 86' (85'). In margine sinistro litterarum Episcopus Wratislauiensis, *in fine* fl. II gr. II. — *2. Obl. et Sol. T. 59 f. 23 (24). In margine* Episcopi Wratislauiensis.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 167 nr 298.

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris in T. 47 f. 82' contentis supplentur.*

Franciscus [1] (...S. Eustachii diaconus cardinalis, sacri collegii... cardinalium camerarius... notum facimus...), quod... Wenceslaus Dei gracia episcopus Wratislauiensis pro parte (partis sui communis servicii, in quo camere collegii... cardinalium... racione... ecclesie Wratislauiensis existit efficaciter obligatus), octuaginta sex florenos auri de Camera, solidos quadraginta unum, denarios X et obulum monete Romane, et pro parte partis unius minuti servicii (consueti debiti pro familiaribus et officialibus dicti collegii) quinque florenos similes [a], solidos tredecim [b], denarios tres dicte monete nobis (et familiaribus et officialibus dicti collegii) per manus honorabilis viri [c] magistri Nicolai Gliwits [d] [2] apostolicarum litterarum scriptoris tempore debito solvi fecit realiter et cum effectu; de quibus (sic datis, sic solutis dictum reverendum patrem dominum Wenceslaum episcopum Wratislauiensem eiusque heredes et successores et dictam suam ecclesiam tenore presencium quitamus et eciam liberamus). Verum intellecta (mole gravaminum... que ipsum ad solvendum id, in quo camere ac familiaribus et officialibus dicti collegii pro residuo dicti communis et unius minuti servicii remanet efficaciter obligatus, reddunt verisimiliter impotentem...), terminum faciende solucionis dictorum serviciorum a festo

90. [3] *Piątek opp. tunc in Gneznensi nunc in Lodzensi diocesi.*

91. [a] similes florenos *cop. 2* [b] XIII *cop. 2* [c] viri *omissum in cop. 2* [d] Glivico *cop. 2*

91. [1] *Vid. supra p. 66 Nr 76 adn. 1.* [2] *Vid. supra p. 27 Nr 22 adn. 1. Nicolaus Gliwicz canonicus † paullo ante diem 28. XI. 1416 (Cod. dipl. Silesiae XXV 120).*

Purificacionis beate Marie Virginis[3] proxime futuro ad[e] annum extunc secuturum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum[f]. Datum Rome apud S. Petrum, sub anno Domini [g]millesimo trecentesimo nonagesimo, indiccione tredecima, mensis januarii die vicesima[g], pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri dōmini Bonifacii Diuina providencia pape noni anno primo.

92.

Romae, 21 januarii 1390.

Bonifacius IX decano ecclesiae S. Hedvigis Bregensis Wratislaviensis diocesis eiusque successoribus, ut mitra pontificali decorata uti possint, indulget.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 9 f. 24'—25 (204'—205), series De diversis formis anno primo. *In fine litterarum* N. C de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 168 nr 299.

Reg. Grünhagen C. Dr, Urkunden der Stadt Brieg (Cod. dipl. Silesiae IX [Breslau 1870] 73), sub data: Romae, 21 decembris 1389.

Bonifacius etc. dilectis filiis decano et capitulo ecclesie sancte Hedwigis Bregensis[1] Wratislauiensis diocesis salutem etc. Exposcit vestre devocionis sinceritas, ut tam vos, quos speciali dileccione prosequimur, quam ecclesiam vestram dignis honoribus attollamus. Dudum siquidem felicis recordacionis Urbanus papa VI, predecessor noster, ut decanus dicte ecclesie, qui tunc erat et successores eius dicte ecclesie decani, qui pro tempore forent, mitra pontificali plana et alba de guarnello et anulo in Nativitatis, Circumcisionis, Epiphanie, Resurreccionis, Ascensionis et Corporis Domini nostri Jesu Christi, Penthecostes et sancte Trinitatis necnon Concepcionis, Nativitatis, Anunciacionis, Purificacionis et Assumpcionis beate Marie Virginis et in Nativitatis beati Johannis Baptiste et sanctorum apostolorum Petri et Pauli ac sancte Hedwigis, sub cuius vocabulo huiusmodi vestra ecclesia constructa est, festivitatibus et celebritate Omnium Sanctorum in eadem ecclesia, eciam si episcopus Wratislauiensis pro tempore existens ibidem celebraret aut alias interesset, libere possent uti, vobis auctoritate apostolica de speciali gracia per suas litteras duxit indulgendum, prout in eisdem litteris plenius continetur. Nos igitur volentes vos favoribus prosequi gracie amplioris, dilecti filii nobilis viri Ludouici senioris ducis Slezie[2], dicte ecclesie fundatoris, et vestris in hac parte supplicacionibus inclinati, ut ipsius ecclesie decani, qui pro tempore erunt, huiusmodi mitra eciam decorata, prout abbates illarum parcium uti consueverunt, tam in predictis quam eciam in aliis festis duplicibus et processionibus solemnibus ac eciam exequiis principum, que in loco illo celebrari contigerit, uti libere et licite valeant, non obstantibus omnibus, que dictus predecessor in eisdem litteris voluit non obstare, devocioni vestre de amplioris dono

91. [e] usque ad *cop. 2* [f] In quorum etc *cop. 2* [g—g] MCCCLXXXXmo, indiccione XIIIma, die vicesima mensis januarii *cop. 2*

91. [3] *2. II. 1390.*

92. [1] *Ecclesiae collegiatae S. Hedvigis in castro dicto Brzeg ad Oderam diocesis Wratislaviensis tum temporis decanus Gunterus de Rechenberg aa. 1388 28. II.—17. VI. 1397 deprehenditur (Cod. dipl. Silesiae IV 71, 72, 82 nr 501, 502, 576).* [2] *Ludovicus dux Bregensis »fautor clericorum«, frater Wenceslai tum temporis episcopi Wratislaviensis (Historja Śląska I [Kraków 1933] 551—2).*

gracie auctoritate apostolica tenore presencium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, duodecimo Kalendas februarii, anno primo.

93.

Romae, 21 januarii 1390.

Bonifacius IX iudicibus, ut Johanni rectori parochialis ecclesiae in Sudoměřice Pragensis diocesis canonicatum et praebendam in ecclesia Olomucensi conferant, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 7 f. 263—264' (CCLXXVIIII—CCLXXX'), series De p(rebendis va)cantibus anno pr(imo). *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XX de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 168—9 nr 300.

Bonifacius... episcopo Monopolitano[1] et... abbati Gradicensis[2] ac preposito Sanctimonalium in Cunicz[3] per prepositum soliti gubernari Olomucensis diocesis monasteriorum salutem... Vite ac morum honestas aliaque... merita, super quibus apud nos... Johannes rector parrochialis ecclesie in Sudomyericz[4] Pragensis diocesis... commendatur... nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Cum itaque... canonicatus et prebenda ecclesie Olomucensis, quos quondam Johannes de Bozkowicz[5]... obtinebat... vacent ad presens, nos volentes dicto Johanni rectori, qui presbyter et ut asseritur bacallarius in artibus existit... graciam facere specialem, discrecioni vestre... mandamus, quatenus vos... canonicatum et prebendam predictos... eidem Johanni rectori... conferre et assignare curetis... Non obstantibus... seu quod idem Johannes rector ut asseritur in S. Petri Brunnensi[6] et in S. Mauricii Chremsirensi[7] ac in S. Martini Posoniensi[8] ecclesiis cum custodia, que simplex officium existit, canonicatus et prebendas et capellam sine cura S. Ladislai Posoniensem Pragensis (!), Olomucensis et Strigoniensis diocesium et parrochialem ecclesiam predictam, quorum omnium fructus... triginta duarum marcharum argenti puri... valorem annuum non excedunt, obtinet et nos nuper sibi de canonicatibus sub expectacionibus prebendarum necnon dignitatum, personatuum vel officiorum Pragensis et Wratislauiensis ecclesiarum graciose concessimus provideri... Datum Rome apud S. Petrum, duodecimo Kalendas februarii, anno primo.

94.

Romae, 28 januarii 1390.

Franciscus S. Eustachii diaconus cardinalis, collegii cardinalium camerarius, Henrico episcopo Wladislaviensi terminum solutionis communis et unius minuti serviciorum prorogat.

93. [1] *Vid. supra p. 16 Nr 9 adn. 2.* [2] *Vid. supra p. 60 Nr 68 adn. 3.* [3] *Monasterium monialium Praemonstratensis ordinis in Dolni Kounice, Kanitz.* [4] *Johannes de Miličin rector par. ecclesiae in Sudoměřice (Crofta, o. supra c. 1469).* [5] *Johannes de Boskovice in Olomucensi diocesi canonicus Olomucensis, decanus ecclesiae S. Mauritii in Kroměříz, Kremsier (Crofta, o. supra c. 1328).* [6] *Brno, Brünn civitas in Moravia.* [7] *Vid. supra adn. 5.* [8] *Posonium, Pozsony, Pressburg nunc post magnum bellum Bratislava in diocesi Strigoniensi (Strigonia, Ostřihom, Gran, Esztergom) in Çecoslovachia.*

Arch. Vat., Obl. et Sol. T. 47 f. 87' (86'). In margine sinistro ad init. litt. Episcopi Wradislauiensis.

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris in eodem libro contentis hic supplentur.*

Franciscus[1] (... S. Eustachii diaconus cardinalis, sacri collegii... cardinalium camerarius... notum facimus...), quod intellecta mole gravaminum pro parte reverendi in Christo patris domini Henrici Dei gracia episcopi Wladislauiensis[a 2] coram nobis exposita, (que ipsum ad solvendum id, in quo camere collegii... cardinalium pro suo communi et uno minuto serviciis, consueto debito pro familiaribus et officialibus dicti collegii... racione dicte sue ecclesie extitit efficaciter obligatus, reddunt verisimiliter impotentem...), terminum faciende solucionis dictorum communis et unius minuti serviciorum a festo Purificacionis beate Marie Virginis proxime futuro[3] usque ad annum extunc secuturum immediate prorogamus etc. Ita tamen etc. Ipsumque etc. Secum super irregularitate etc. In quorum etc. Datum Rome apud S. Petrum sub anno Domini M° CCC° nonagesimo, indiccione XIII, die XX octava mensis januarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii Diuina providencia pape noni anno primo.

95.

Romae, 28 januarii 1390.

Particularis divisio facta in camera collegii cardinalium de solutis Wenceslai episcopi Wratislaviensis servitiis.

Arch. Vat., Obl. et Sol. T. 51 f. 7—7'.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 168 nr 298 in nota.

Adn. Obl. et Sol. T. 51 continet »Divisiones« aa. 1389—1399. — Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus inscriptionibus in eodem libro contentis hic supplentur.*

Anno (1390), pontificatus (domini Bonifacii pape noni anno primo), die XXVIII januarii soluti sunt per reverendum patrem dominum Wenceslaum episcopum Wratislauiensem[1] pro parte partis sui communis servicii octuaginta sex floreni, solidi quadraginta unus, denarii 10 et obolus, et pro parte partis unius minuti (servicii) floreni 5, solidi 13, denarii 3. — Fuit promotus anno quinto[2]. Fuerunt in ipsius promocione cardinales XVIIII videlicet: Alanconio[3], Perusinus[4], Pisanus[5], Auersanus[6], Manupello[7], ceteri

94. [a] Wradislauiensis *Obl. et Sol.*

94. [1] *Vid. supra p. 66 Nr 76 adn. 1.* [2] *Vid. supra p. 65 Nr 75 adn. 4.* [3] *2. II. 1390.*

95. [1] *Vid. supra p. 81—82 Nr 91.* [2] *Urbani papae VI, qui consecratus 18. IV. 1378, † 15. X. 1389.* [3] *Philippus de Alenconio ab a. 1388 cardinalis episcopus Ostiensis, vulgo de Alenconio dictus, † 16. VIII. 1397 (Eubel, Hier. cath. I² 23).* [4] *Andreas Martini Bontempi episcopus Perusinus, cardinalis tit. presbyterialis SS. Marcellini et Petri, vulgo Perusinus dictus, † 16. VII. 1390 (Eubel, l. supra c.). Vid. supra p. 30 Nr 25 adn. 4.* [5] *Franciscus Moricotti (Prigniani) archiepiscopus Pisanus, cardinalis tit. presbyterialis S. Eusebii, deinde ab a. 1380 episcopus Praenestinus, a. 1382 vicecancellarius S. R. E., vulgo Pisanus dictus, † 6. II. 1394 (Eubel, l. supra c.).* [6] *Vid. supra p. 29 Nr 25 adn. 2.* [7] *Thomas Ursinus e comitibus de Manupello cardinalis diaconus tit. S. Mariae in Domnica, vulgo de Manupello dictus, † 10. VII. 1390 (Eubel, o. supra c. 23—4).*

mortui, dominus noster promotus[8]. Capiunt hii pro communi et minuto flor. 92, sol. 5, den. 1. Capit clericus collegii sol. 46; restant flor. 91, sol. 9, den. 1. Capit quilibet *cardinalium* flor. 4, sol. 40. Capiunt cardinales, qui presentes fuerunt in conclavi porciones priuatorum, mortuorum ac domini nostri, que sunt XIIII, ascendunt ad 67 florenos, solidos 10. Cardinales sunt hii: Perusinus, Pisanus, Auersanus, Florentinus[9], Manupello, de Flisco[10], de Alifia[11], Tudertinus[12], Monopolitanus[13], Brancaciis[14], Bulcanus[15], de Laude[16]. Capit quilibet flor. 5, sol. 30[17].

96.

Romae, 30 januarii 1390

Bonifacius IX iudicibus, ut parochialem ecclesiam in Grabowo Culmensis diocesis Nicolao Ottonis conferant, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 268'—269 (CCLXVIII'—CCLXVIIII), series De beneficiis vacantibus anno primo. *In margine sinistro litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. N. de Benevento.

Bonifacius... Gneznensis[1] et Culmensis[2] ac.. Pomezaniensis ecclesiarum[3] decanis... Vite ac morum honestas... super quibus apud nos... Nicolaus Octonis presbiter Pome-

95. [8] *Pedro Tomacelli natus in Neapoli, tempore Urbani papae VI cardinalis vulgo Neapolitanus dictus, 2. XI. 1389 electus, 9. XI. consecratus, regnavit sub nomine Bonifacii IX, † 1. X. 1404.* [9] *Angelus Acciaiollus episcoqus Florentinus, cardinalis tit. presbyterialis S. Laurentii in Damaso, postea ab a. 1397 episcopus Ostiensis, ab a. 1405 vicecancellarius, † Pisis 31. V. 1408 (Eubel, o. supra c. 24).* [10] *Ludovicus de Flisco, electus Vercellensis, diaconus cardinalis tit. S. Hadriani, vulgo »de Flisco« dictus, † 5. IV. 1423 (Eubel, o. supra c. 25).* [11] *Vid. supra p. 66 Nr 76 adn. 1.* [12] *Stephanus Palosius episcopus Tudertinus, cardinalis tit. presbyterialis S. Marcelli, vulgo »Tudertinus« dictus, † 24. IV. 1396 (Eubel, l. supra c.).* [13] *Franciscus Carbonus episcopus Monopolitanus, cardinalis tit. presbyterialis S. Susannae, postea ab a. 1392 episcopus Sabinensis, † 18. VI. 1405 (Eubel, l. supra c.).* [14] *Vid. supra p. 68 Nr 78 adn. 4.* [15] *Vid. supra p. 67 Nr 78 adn. 1.* [16] *Angelus de Anna de Summaripa, cardinalis diaconus tit. S. Luciae in Septem soliis, a. 1396 presbyterialis tit. S. Pudentianae, denique a. 1412 episcopus Praenestinus, vulgo »Laudensis« seu »de Laude« dictus, † 21. VII. 1428.* [17] *Infra sequitur inscriptio* Facta divisione die nona mensis februarii de solucionibus factis per prelatos infrascriptos videlicet: per episcopum Senensem, abbatem monasterii S. Petri Gandensis, episcopum Senegaliensem, episcopum Adriensem, abbatem monasterii SS. Nicolai et Cataldi extra muros Licienses, abbatem Melicensem, abbatem S. Bartoldi prope Ferrariam, archiepiscopum Messanensem, episcopum Wratislauiensem, episcopum Florentinum, de quibus solucionibus sunt particulares divisiones supra, facte immediate; capit dominus de Alanconio flor. LXI, solid. XXXVI, den. II;... Pisanus flor. septuaginta octo, sol. 41, den. 6;... Perusinus flor. septuaginta octo, sol. 41, den. 6;... de Alifia flor. septuaginta;... de Flisco flor. septuaginta;... Florentinus flor. septuaginta;... Monopolitanus flor. septuaginta;... Bulcanus flor. septuaginta;... de Laude flor. septuaginta;... de Brancaciis flor. septuaginta;... Auersanus flor. quadraginta quinque, sol. 34;... de Manupello quadraginta novem florenos, sol. 35, den. 9;... Tudertinus flor. triginta sex, sol. 44, den. 2; capit dominus Reatinus;... Anglicanus;... Neapolitanus;... Bononiensis;... Paduanus;... Yserniensis;... Barensis; capit quilibet istorum flor. decem et novem, sol. 40.

96. [1] *Gneznensis decanus vid. supra p. 33 Nr 28 adn. 3.* [2] *Culmensis decanus Martinus de Lynow 28. I. 1396 - 26. II. 1414 deprehenditur (Woelky C. P. Dr, Urkundenbuch des Bisthums Culm I [Danzig 1885] 316, 388 nr 409, 482).* [3] *Pomezaniensis decanus magister Johannes S. theologiae professor aa. 1389, 1395 (Voigt J., Cod. dipl. Pruss. IV 91, V 102).*

zaniensis diocesis[4]... commendatur... nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Cum itaque sicut accepimus parrochialis ecclesia in Grabaw[5] Culmensis diocesis, quam quondam Stiborius Henrici[6] eiusdem ecclesie rector, dum viveret, obtinebat, per ipsius Stiborii obitum... extra Romanam curiam... vacaverit et vacet ad presens, nos volentes dicto Nicolao... graciam facere specialem, discrecioni vestre... mandamus, quatenus vos... predictam ecclesiam, cuius fructus... viginti sex florenorum auri secundum communem extimacionem valorem annuum... non excedunt... eidem Nicolao... conferre et assignare curetis... Non obstantibus... seu quod prefatus Nicolaus super quodam perpetuo beneficio ecclesiastico sine cura, mansionaria nuncupato, in capella beate Marie Wratislauiensis[7], cuius fructus... triginta flor. auri secundum predictam extimacionem valorem annuum, ut idem Nicolaus asserit, non excedunt, in palacio causarum apostolico litigat, et nos nuper sibi de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura vacante vel vacaturo, spectante... ad collacionem... episcopi et... prepositi, decani et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesiae Wratislauiensis, graciose concessimus provideri. Volumus autem, quod ipse Nicolaus quamprimum vigore presencium possessionem dicte ecclesie parrochialis fuerit pacifice assecutus, predicta concessionis gracia et quecunque inde secuta, quoad curatum beneficium dumtaxat, sint cassa et irrita... Datum Rome apud S. Petrum, tercio Kalendas februarii, anno primo.

97.

Romae, 5 februarii 1390.

Augustinus episcopus Pennensis, Bonifacii papae IX thesaurarius, episcopo Ariminensi, quod Francisca uxor Benedicti de Battagliis per manus Jacobi de Weberstete clerici Poznaniensis diocesis 10 florenos auri de Camera pro reparatione ecclesiarum Urbis solvit, scribit.

Arch. Vat., Armar. XXIX T. 1 f. 150'₂ (CXXV'₂).

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris in eodem libro contentis hic supplentur.*

Reverendo in Christo patri domino Dei gracia episcopo Ariminensi[1] Augustinus[2] (episcopus Pennensis, domini pape thesaurarius) salutem in Domino. Ad vestram noticiam deducimus per presentes, quod honesta mulier domina Francisca domini Benedicti de Bataliis de Arimino pro commutacione voti visitandi limina apostolorum de Urbe, pro reparacione ecclesiarum Urbis nobis ad hoc per sanctissimum dominum nostrum papam deputatis decem florenos auri de Camera per manus Jacobi de Weberstete[3] clerici Poznaniensis diocesis solvi fecit realiter et cum effectu. De quibus decem florenis de Ca-

96. [4] *Ignotus.* [5] *Grabowo villa in terra Lubaviensi prope fines Prussiae; ad mensam episcoporum Culmensium pertinebat.* [6] *Ignotus.* [7] *Sita iuxta ecclesiam cathedralem et eidem ecclesiae annexa.*

97. [1] *Lialis Malatesta episcopus Ariminensis (Rimini in Italia) 1374—1400 (Eubel, Hier. cath. I² 107).* [2] *Augustinus de Lanzano episcopus Pennensis (Penne in Italia Media) consecratus 1380. 11. III, regens poenitentiariae apostolicae et thesaurarius Bonifacii IX, 10. X. 1390 translatus ad Perusinam (Peruggia) sedem (Eubel, o. supra c. 394, 396).* [3] *Fortasse Krosno, Krossen ad fl. Oderam.*

mera sic nobis datis et solutis dictam dominam Franciscam tenore presencium quitamus, absolvimus et eciam liberamus. In quorum etc. Datum Rome apud (S. Petrum), anno Domini MCCCLXXXX^{mo}, indiccione terciadecima, die quinta mensis februarii, anno primo.

98.

Romae, 15 februarii 1390.

Bonifacius IX iudicibus, ut parochialem ecclesiam in Wojnicz Cracoviensis diocesis Bartholomaeo Matthaei de Kotów conferant, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 278'—279 (CCLXXVIII'—CCLXXVIIII), series De beneficiis vacantibus anno primo. *In fine litterarum* N. XX de Benevento.

Bonifacius... preposito[1] et.. decano[2] ac.. custodi[3] ecclesie Cracouiensis... Vite ac morum honestas... super quibus apud nos... Bartholomeus Mathei de Cothow[4] rector altaris sancti Thome apostoli siti in ecclesia Cracouiensi fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Cum itaque parrochialis ecclesia in Woynicz[5] Cracouiensis diocesis ex eo vacaverit et vacet ad presens, quod Johannes Andree de Corabouicze[6], olim ipsius parrochialis ecclesie rector, eandem parrochialem ecclesiam tunc vacantem canonice sibi collatam assecutus illamque per annum et amplius pacifice possidens, impedimento cessante legitimo nullaque super hoc canonica dispensacione obtenta, se non fecit ad sacerdocium promoveri, nos volentes dicto Bartholomeo... graciam facere specialem, discrecioni vestre... mandamus, quatenus vos... vocatis dicto Johanne, qui prefatam ecclesiam adhuc detinet, et aliis qui fuerint vocandi, eandem parrochialem ecclesiam, cuius fructus.. quadraginta octo marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum... non excedunt... prefato Bartholomeo auctoritate nostra conferre et assignare curetis... Non obstantibus... aut quod dictus Bartholomeus ut asserit super dicto altari, quod sine cura est, in prefato palacio litigando diffinitivam, per quam altare ipsum sibi adiudicatum fuerat et que nulla provocacione suspensa in rem transivit iudicatam, sentenciam reportavit, et super in castro Cracouiensi in eodem palacio litigat, ac nos nuper sibi de maioris Cracouiensis canonicatibus et prebendis, quorum omnium fructus... viginti octo marcharum argenti

98. [1] *Inter Abraham Abrahae de Przezwody (villa tunc in Cracoviensi nunc in Kielcensi diocesi) canonicum Cracoviensem, Plocensem et Poznaniensem et Petrum de Strelicz capellanum Sedis apostolicae tum temporis (8. IV. 1391) de canonicatu et praebenda ac praepositura Cracoviensis ecclesiae lis indecisa in palatio apostolico agebatur (Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 14 f. 87'). Abraham Abrahae praepositus Cracoviensis (vid. supra p. 73 Nr 84 adn. 4), praeterea canonicus Gneznensis et praepositus Lanciciensis a. 1409, paullo ante mortem, deprehenditur (Korytkowski J., Prałaci i Kanonicy I 1).* [2] *Vid. supra p. 10—13 Nr 7.* [3] *Johannes dux Drohicensis (de Drogiczyn), nepos principis Kiejstuti, custos in capitulo Cracoviensi iam ante 1389 4. X., † post 15. X. 1401 (Fijałek J. ks. dr, Wnuk Kiejstuta, drugi rektor Uniw. Jagiellońskiego w Krakowie. Kwartalnik Hist. XXVIII [Lwów 1914] 181—197); in cuius hortis et areis in suburbio Cracoviensi monasterium ord. B. Mariae de monte Carmelo a Wladislao Poloniae rege est erectum.* [4] *Kotów; plures habentur huius nominis villae, quarum fortasse Kotów villa parochialis in districtu Chancinensi, patria Bartholomaei Mathaei fuisse videtur.* [5] *Wojnicz opp. prope Tarnoviam ad fl. Dunajec.* [6] *Korabowice hodie non exsistunt; reperiuntur tamen Korabiewice villa in par. Mszczonów diocesis tunc Poznaniensis nunc Warsaviensis.*

puri secundum predictam extimacionem valorem annuum non excedunt, tunc certo modo vacantibus, necnon de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura ad collacionem... dicti episcopi et... prepositi, decani, scolastici, archidiaconi, cantoris, custodis et capituli singulorumque canonicorum et personarum eiusdem maioris ecclesiarum... pertinente, vacante vel vacaturo... concessimus provideri. Volumus autem, quod quamprimum ipse Bartholomeus vigore presencium dictam parrochialem ecclesiam fuerit pacifice assecutus, huiusmodi concessionis gracia de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura per nos ut premittitur sibi data et quecunque inde secuta, quoad curatum beneficium dumtaxat, sint cassa et irrita. . Datum Rome apud S. Petrum, quintodecimo[a] Kalendas marcii, pontificatus nostri anno primo.

99.

Romae, 1 martii 1390.

Bonifacius IX magistro Johanni de Dülmen causarum palatii apostolici auditori de canonicatu et praebenda ecclesiae Aboensis, propter assecutionem per Johannem de Namysłów litterarum apostolicarum scriptorem canonicatus et praebendae ecclesiae Wratislaviensis vacantibus, providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Tudensi, archidiacono Ardennae in ecclesia Leodiensi et officiali Aboensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 7 f. 254—256 (CCLXX—CCLXXII) series De prebendis vacantibus anno primo. *In fine litterarum* N. XV, XVII de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 171 nr 307.

Bonifacius etc.. magistro Johanni de Dulmen[1] canonico Aboensi[2], decretorum doctori, capellano nostro... Grata tue devocionis obsequia, que nobis et apostolice Sedi hactenus impendisti et adhuc solicitis impendere studiis non desistis, necnon litterarum scientia, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, quibus personam tuam fidedignorum testimoniis iuvari percepimus, nos inducunt, ut tibi reddamur ad graciam liberales. Dudum siquidem tibi felicis recordacionis Urbanus papa VI... de canonicatu et prebenda ecclesie Monasteriensis[3] tunc vacantibus et antea disposicioni apostolice reservatis auctoritate apostolica per quasdam providit et voluit inter cetera, quod quamprimum eorundem canonicatus et prebende possesionem fores pacificam assecutus, canonicatum et prebendam ecclesie Aboensis... omnino dimittere tenearis, et postea idem predecessor de dictis canonicatu et prebenda Aboensi, cum illos ut prefertur vel alias quovis modo praeterquam per tui obitum vacare contingeret, dilecto filio magistro Johanni Namslaw[4] canonico Wratislauiensi, scriptori nostro, per alias et

98. [a] *pro cancell. XV in Reg. Lat.* quintodecimo *in margine cum nota* N. de Benevento

99. [1] *Dülmen opp. prope Monasterium, Münster in Westfalia. Johannes de Dulmen in auditorem causarum palatii apostolici receptus 28. V. 1384 (Cerchiari E., Sacra Romana rota II 35), postea in episcopum Lubicensem (Lübeck in Germania) promotus a. 1399, † 1. I. 1420 (Eubel, Hier. cath. I² 312).* [2] *Abo opp. in Finlandia.* [3] *Vid. supra adn. 1.* [4] *Namysłów, Namslau opp. in Silesia versus orientem a Wratislavia prope fines Poloniae. Johannes de Namslaw clericus Gneznensis diocesis in curia Romana commorans (Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 76 f. 30').*

successive de canonicatu et prebenda Wratislauiensis, qui eciam tunc certo modo vacare sperabantur, graciose provideri mandavit et voluit, quod idem Johannes Namslaw canonicatum et prebendam Aboensis ecclesiarum predictos, de quibus tunc ex eo vacantibus, quod tu dictorum canonicatus et prebende ecclesie Monasteriensis dictarum litterarum vigore... possessionem fueras pacificam assecutus, dicto Johanni Namslaw provisum fuerat, tamen ipsorum possessione per eum non habita, quosque[a] dictus predecessor tunc vacare decrevit, omnino dimittere teneretur, prout in ipsis litteris plenius continetur. Cum autem secundum premissa dicti canonicatus et prebenda ecclesie Aboensis, de quibus idem predecessor, dum adhuc ageret in humanis, alias non disposuit, adhuc vacaverint et vacent ad presens nullusque de illis preter Romanum pontificem hac vice disponere potuerit sive possit pro eo, quod idem predecessor, diu ante ultimam vacacionem huiusmodi eorundem canonicatus et prebende ecclesie Aboensis, omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica, que illa obtinentes tempore graciarum per ipsum predecessorem de et super aliis canonicatibus et prebendis seu beneficiis ecclesiasticis factarum et inantea faciendarum eisdem obtinerent et extunc se dimissuros offerrent, seu alias dictus predecessor obtinentes huiusmodi illa dimittere vellet, vel eciam beneficia ipsa extunc vacare decerneret, per oblacionem seu voluntatem et decretum ac disposicionem huiusmodi imposterum vacatura collacioni et disposicioni sue reservans decrevit: extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Nos... volentes tibi, qui eciam causarum palacii apostolici auditor et ut asseris in artibus magister existis, premissorum intuitu graciam facere specialem, canonicatum et prebendam ecclesie Aboensis predictos, quorum necnon dicte Monasteriensis ac Osiliensis[5] et Caminensis[6] atque Lubicensis[7] canonicatuum et prebendarum et preposíture Colbergensis[8] ecclesiarum et eciam capelle sancti Johannis extra muros Colbergenses, quos obtines, et parrochialis ecclesie in Kymuctum[9] Caminensis et Aboensis diocesium, de qua quidem parrochiali ecclesia tunc vacante et antea disposicioni apostolice reservata per alias nostras litteras hodie tibi graciose duximus providendum, fructus... centum marc. argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum ut asseris non excedunt... apostolica tibi auctoritate conferimus... Non obstantibus... seu quod super prepositura monasterii in Coslin[10] Cisterciensis ordinis dicte Caminensis diocesis, per clericos seculares solita gubernari, in dicto palacio te asseris litigare. Volumus autem, quod quamprimum sive presencium canonicatus et prebende ecclesie Aboensis sive predictarum, per quas tibi de ipsa parrochiali ecclesia providemus ut prefertur, litterarum vigore parrochialis ecclesie huiusmodi possessionem fueris pacificam assecutus, preposituram monasterii predictam, si illam interim evincas, quam extunc vacare decernimus, omnino, prout ad id te sponte obtulisti, dimittere, alioquin omni iuri tibi in ea seu ad eam quomodolibet competenti cedere tenearis... Datum Rome apud S. Petrum, Kalendis marcii, anno primo.

Simili modo: Venerabili fratri.. episcopo Tudensi[11] et dilectis filiis archidiacono Ardenne in ecclesia Leodiensi[12] ac officiali Aboensi[13]... Datum ut supra.

99. [a] quousque *Reg. Lat.*

99. [5] *Episcopatus Osiliensis in insula Osilia, Ösel nunc in Estonia.* [6] *Kamień, Kammin sedes episcoporum Caminensium in Pomerania.* [7] *Vid. supra adn. 1.* [8] *Kołobrzeg, Kolberg opp. in Pomerania.* [9] *Kimito (?) prope opp. Abo.* [10] *Koszlin, Köslin prope mare Balticum in Pomerania.* [11] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [12] *Ardennes in episcopatu Leodiensi (Leodium, Liège) in Belgia.* [13] *Vid. supra adn. 2.*

100.

Romae, 3 martii 1390.

Augustinus episcopus Pennensis, Bonifacii papae IX thesaurarius, Nicolao de Gliwice terminum faciendae solutionis annatarum prorogat.

Arch. Vat., Armar. XXIX T. 1 f. 164—164'.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 171—172 nr 308.

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris in eodem libro Armarii contentis hic supplentur.*

Universis (et singulis presentes litteras inspecturis) Augustinus [1] (episcopus Pennensis, domini nostri pape thesaurarius), salutem (in Domino). Universitati (vestre notum facimus per presentes), quod venerabilis ac discretus vir magister Nicolaus de Gliwicz [2] canonicus Wratislauiensis, litterarum apostolicarum scriptor et abbreviator, nobis exposuit, quod ipse nonnullas pecuniarum summas racione annatarum sive mediorum fructuum primi anni, in quibus camere apostolice sub certis penis et sentenciis racione canonicatus et prebende Wratislauiensis, quos obtinet, et canonicatus et prebende Poznaniensis et parrochialis ecclesie in Thaurow [3] Wratislauiensis diocesium, quos olim obtinuit, partim videlicet nobis et eciam partim succollectori iurium, fructuum et proventuum dicte camere apostolice debitorum in partibus persolverit, sed quia dubitat, utrum plena sit facta solucio de premissis, sibi petiit per nos de oportuno remedio providere. Quapropter sibi terminum faciende solucionis huiusmodi, si quid plus pro annatis seu mediis fructibus dictorum canonicatuum et prebendarum ac parrochialis ecclesie tenetur, prorogamus et de novo assignamus usque ad festum Assumpcionis beate Marie virginis proxime affuturum; ita tamen quod, si quid plus teneretur et de dictis annata seu mediis fructibus non satis fecerit termino constituto, penis et sentenciis, quibus antea ligabatur, et de quibus ipsum per alias nostras litteras absolvimus, sit astrictus et eum in hiis scriptis declaramus astringi et relabi. In quorum testimonium presentes litteras fieri et sigilli nostri [a] pontificalis iussimus appensione muniri. Datum Rome apud S. Petrum sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, indiccione tredecima, tercia die mensis marcii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii divina providencia pape VIIII [b], anno primo.

101.

Romae, 15 martii 1390.

Bonifacius IX abbati monasterii Tynciensis, ut Johanni Tomconis de Zebocin canonicatum et praebendam ecclesiae Cracoviensis post promotionem Johannis canonici ad episcopatum Cracoviensem vacantes conferat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 245'—246 (CCXLIIII'—CCXLV), series De prebendis vacantibus anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XXIIII de Teramo.

100 [a] *sequebantur* pont camerariatus *cancell. in libro Armar.* [b] VIII *in libro Armar.*

100. [1] *Vid. supra p. 86 Nr 97 adn. 2.* [2] *Vid. supra p. 27 Nr 22 adn. 1 et p. 81 Nr. 91 adn. 2.* [3] *Turów vel Thaurow hodie Thauer, villa in parochia Żórawin, Rothsürben prope Wratislaviam, olim ecclesiae Corporis Christi in Wratislavia propria.*

Bonifacius etc. dilecto filio abbati monasterii Tinciensis[1] Cracouiensis diocesis salutem etc. Dignum arbitramur et congruum etc. Dudum siquidem felicis recordacionis Urbanus papa VI predecessor noster omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica, que promovendi per eum ad quarumcunque ecclesiarum cathedralium tunc vacancium et in antea vacaturarum regimina tempore promocionis huiusmodi obtinerent, imposterum vacatura collacioni ad disposicioni sue reservans decrevit: extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero canonicatu et prebenda ecclesie Cracouiensis ex eo vacantibus, quod dictus predecessor de persona venerabilis fratris nostri Johannis episcopi Cracouiensis[2] tunc canonicatum et prebendam predictos obtinentis eidem ecclesie [a]providit eumque illi preficit[a] in episcopum et pastorem, sibique extra Romanam curiam fecit munus consecracionis impendi, dictoque predecessore per eum de canonicatu et prebenda predictis non disposito sic ut Domino placuit rebus humanis exempto, nos Diuina favente clemencia ad apicem summi apostolatus assumpti, cum a nonnullis revocaretur in dubium, an post eiusdem predecessoris obitum aliquis preter Romanum pontificem de canonicatibus et prebendis ac aliis beneficiis ecclesiasticis per ipsum predecessorem disposicioni sue reservatis et tempore obitus ipsius predecessoris vacantibus disponere potuisset sive posset, ad huiusmodi ambiguitatis tollendum dubium per nostras litteras declaravimus: canonicatus et prebendas ac alia beneficia supradicta, que tempore obitus dicti predecessoris sic reservata vacabant, remansisse et remanere per huiusmodi reservacionem et decretum affecta nullumque de illis preter Romanum pontificem ea vice potuisse vel posse disponere quoquo modo, ac decrevimus irritum et inane, quicquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan erat tunc vel imposterum contingeret attemptari. Cum itaque canonicatus et prebenda predicti adhuc ut prefertur vacare noscantur nullusque de illis preter Romanum pontificem hac vice disponere potuerit neque possit reservacione, declaracione et decretis obsistentibus supradictis, nos volentes dilectum filium Johannem Thomconis de Zamboczino[3] rectorem medietatis parrochialis ecclesie sancti Jacobi in Kazimiria[4] Cracouiensis diocesis per duos solite gubernari rectores, qui presbyter et ut asserit ex utroque parente de nobili genere procreatus ac carissimi in Christo filii nostri Wladislai regis Polonie illustris capellanus continuus commensalis existit, apud nos de nobilitate generis, vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gracioso, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus si per diligentem examinacionem dictum Johannem Thomconis ad hoc ydoneum esse reppereris, super quo tuam conscienciam oneramus, canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus... triginta marcharum argenti secundum communem extimacionem valorem annuum, ut ipse Johannes asserit, non excedunt, sic vacantes... apostolica eidem Johanni auctoritate conferas... Non obstantibus... seu quod idem Johannes Thomconis dictam medietatem eiusdem parrochialis ecclesie, cuius fructus, redditus et proventus viginti marcharum argenti puri secundum extimacionem predictam valorem annuum, ut ipse Johannes Thomconis asserit, non excedunt, noscitur obtinere, et quod dudum sibi de canonicatu sub expectacione prebende Wla-

101. [a]–[a] *omissa in Reg. Lat.*

101. [1] *Vid. supra p. 29 Nr 24 adn. 5.* [2] *Johannes Radlica episcopus Cracoviensis 1382—† 12. I. 1391.* [3] *Vid. supra p. 54 Nr 59 adn. 1.* [4] *Kazimierz tunc civitas nunc vero regio civitatis Cracoviensis.*

dislauiensis ecclesiarum per alias nostras litteras[5] graciose mandavimus provideri... Datum Rome apud S. Petrum, idibus marcii, pontificatus nostri anno primo.

102.

Romae, 16 martii 1390.

Bonifacius IX Georgio Eberhardi de ecclesia Lamburgensi providet. Sequuntur quatuor mandata: capitulo, ut obedientiam eidem electo exhibeat; clero, ut obedientiam eidem electo exhibeat; populo, ut eundem electum ut episcopum suscipiat; archiepiscopo Haliciensi, ut eundem electum favore prosequatur.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 5 f. 185'—186' (CLXXXVI'—CLXXXVII') series de provisionibus prelatorum anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* Cancellaria, *in fine* N. XX, X, X, X, X de Benevento.

Ed. Abraham Wł., Powstanie organizacyi Kościoła łacińskiego na Rusi I [Lwów 1904] 391—393 nr 17.

Reg. Abraham Wł., Sprawozdanie (II) 136.

a.

Bonifacius etc. Dilecto filio Georgio Ebirhardi[a] electo Lamburgensi[1] salutem etc. Suscepti cura regiminis cor nostrum continua pulsat instancia, ut sollicitudinis debitum, ad quod universis orbis ecclesiis nos apostolice servitutis necessitas obligat, earum singulis, prout nobis ex Alto conceditur, exsolvamus in eo potissime, ut illarum regimina, que propriis sunt destitute pastoribus, personis talibus committantur, per quarum solerciam circumspectam et solertem circumspeccionem ecclesie ipse in spiritualibus et temporalibus valeant adaugeri. Dudum siquidem bone memorie Conrado episcopo Lamburgensi[2] regimini Lamburgensis ecclesie presidente nos cupientes eidem ecclesie, cum eam vacare contingeret, per operacionis nostre ministerium utilem et ydoneam presidere personam, provisionem eiusdem ecclesie ordinacioni et disposicioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero prefata ecclesia per obitum eiusdem Conradi episcopi, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, pastoris solacio destituta, nos vacacione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta ad provisionem eiusdem ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest reservacione et decreto obsistentibus supradictis, ne ipsa ecclesia prolixe vacacionis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes post deliberacionem, quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et eciam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te ordinis Fratrum Minorum professorem in sacerdocio constitutum, cui de religionis

101. [5] *14. XI. 1389. Vide supra p. 53—4 Nr 59.*

102. [a] Ebirhardi *in margine Reg. Lat. cum nota* correctum de mandato. N. de Benevento *loco cancell. in contextu* de Boragüs

102. [1] *Lwów, Leopolis, Lemberg in Polonia, ubi nunc sunt sedes residentionales archiepiscoporum Latinorum, Ruthenorum necnon Armenorum. — Georgius Eberhardi ignotus; cui successit a. 1401 magister S. theologiae Hermannus Wytkind prior conventus Monasteriensis (Abraham Wł., o. supra c. 305—6).* [2] *Conradus ignotus.*

zelo, litterarum sciencia, vite mundicia, honestate morum, spiritualium providencia et temporalium circumspeccione aliisque multiplicium virtutum donis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, dreximus oculos nostre mentis; quibus omnibus debita meditacione pensatis de persona tua nobis et eisdem fratribus nostris ob dictorum tuorum exigenciam meritorum accepta ipsi Lamburgensi ecclesie de eorundem fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica providemus teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administracionem ipsius ecclesiae tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo; in Illo, qui dat gracias et largitur premia confidentes, quod eadem ecclesia per tue circumspeccionis industriam et providenciam circumspectam sub tuo felici regimine dextera Domini tibi assistente propicia regetur utiliter et prospere dirigetur grataque in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devocione suscipiens curam et administracionem predictas sic exercere studeas solicite, feliciter et prudenter, quod ecclesia ipsa gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque preter eterne retribucionis premium benivolencie nostre graciam exinde uberius consequi merearis. Datum Rome apud S. Petrum, decimo septimo Kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo.

b.

Simili modo: Dilectis filiis capitulo ecclesie Lamburgensis salutem etc. Suscepti cura regiminis etc. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem electo tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedienciam et reverenciam debitam et devotam eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sentenciam, quam idem electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfaccionem condignam inviolabiliter observari. Datum ut supra.

c.

Simili modo: Dilectis filiis clero civitatis et diocesis Lamburgensium salutem etc. Suscepti cura regiminis etc. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Georgio electo tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedienciam et reverenciam debitam et devotam eius salubria monita et mandata suscipiatis devote et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sentenciam, quam idem Georgius electus rite tulerit in rebelles, ratam et gratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfaccionem condignam inviolabiliter observari. Datum ut supra.

d.

Simili modo: Dilectis filiis populo civitatis et diocesis Lamburgensium salutem etc. Suscepti cura regiminis etc. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eundem electum tanquam episcopum et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes ac debita honorificencia prosequentes eius monitis et mandatis salubribus humiliter[b] intendatis ita, quod ipse in vobis devocionis filios et vos in eo per consequens patrem invenisse benivolum gaudeatis. Datum ut supra.

102. [b] et humiliter *Reg. Lat.*

e.

Simili modo: Venerabili fratri archiepiscopo Haliciensi salutem etc. Ad cumulum tue cedit salutis et fame, si personas ecclesiasticas, presertim pontificali dignitate preditas, Diuine propiciacionis intuitu oportuni presidii ac favoris gracia prosequaris etc. Cum igitur, ut idem electus in commissa sibi predicte ecclesie Lamburgensis cura facilius proficere valeat, tuus favor sibi noscatur esse plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus, monemus et hortamur per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus eundem electum ac ecclesiam sibi commissam suffraganeam tuam habens pro nostra et apostolice Sedis reverencia propensius commendatos in ampleandis et conservandis iuribus eiusdem Lamburgensis ecclesie sic eum tui favoris presidio prosequaris, quod ipse per tue auxilium gracie se possit in commisso sibi eiusdem Lamburgensis ecclesie regimine utilius exercere, tuque Diuinam misericordiam et nostram ac eiusdem Sedis benivolenciam valeas exinde uberius promereri [c]. Datum ut supra.

103.

Romae, 18 martii 1390.

Bonifacius IX Henrico praeposito Plocensi de ecclesia Plocensi supplicante pro eo capitulo eiusdem ecclesiae providet. Sequuntur sex mandata: capitulo, ut obedientiam eidem electo exhibeat; clero, ut obedientiam eidem electo exhibeat; populo, ut eundem electum ut episcopum suscipiat; vasallis, ut eidem electo servitia exhibeant; archiepiscopo Gneznensi, ut eundem electum favore prosequatur; Wladislao regi Poloniae, ut eundem electum favore prosequatur.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 13 f. 155—157 (CXXXII—CXXXIIII, 154—156), series De provisionibus prelatorum anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XXII, XI, XI, XI, XI, XI, XI de Teramo.

a.

Bonifacius etc. dilecto filio Henrico electo Plocensi [1] salutem etc. Apostolatus officium, quamquam insufficientibus meritis nobis ex Alto commissum, quo ecclesiarum omnium regimini presidemus, utiliter exequi coadiuvante Domino cupientes solliciti corde reddimur et solertes, ut, cum de ipsarum regiminibus agitur committendis, tales eis in pastores preficere studeamus, qui commissum sibi gregem Dominicum sciant non solum doctrina verbi sed exemplo boni operis informare commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant duce Domino salubriter regere et feliciter gubernare. Dudum siquidem bone memorie Stiborio episcopo Plocensi [2], regimini Plocensis ecclesie

102. [c] promoueri *Reg. Lat.*

103. [1] *Henricus Semoviti III ducis Mazoviae filius, subdiaconus, praepositus Plocensis, a Bonifacio papa IX in episcopum Plocensem promotus, consecratus non erat et uxorem duxit Ringalam (Ryngalla) sororem ducis Witoldi a. 1392 et brevi mortuus est (Balzer O., Genealogia Piastów [Kraków 1895] 477—80). Post eius mortem Maffiolus episcopus Cracoviensis et referendarius Summi Pontificis ad ecclesiam Plocensem translatus obligavit se 17. IV. 1393 (Eubel, Hier. cath. I² 402).* [2] *Sciborius de Radzimino de gente Ostoia archidiaconus, accelerata Semoviti et Janusii principum instantia electus, 1381 18. XII. consecratus, † 1390 (Kę-*

presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum eam vacare contingeret, per operacionis nostre ministerium utilem et ydoneam[a] presidere personam, provisionem eiusdem ecclesie ordinacioni et disposicioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero prefata ecclesia per obitum eiusdem Stiborii episcopi, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, pastoris solacio destituta, nos vacacione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta... post deliberacionem, quam... cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te prepositum eiusdem ecclesie in subdiaconatus ordine constitutum, cui de litterarum sciencia, vite mundicia, honestate morum, spiritualium providencia et temporalium circumspeccione et aliis virtutum meritis apud nos laudabilia testimonia perhibentur et pro quo eciam dilecti filii capitulum dicte ecclesie per eorum patentes litteras nobis super hoc humiliter supplicarunt, direximus oculos nostre mentis; quibus omnibus attenta meditacione pensatis de persona tua nobis et [b]dictis fratribus[b] ob dictorum tuorum exigenciam meritorum accepta eidem ecclesie de ipsorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administracionem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo... Datum Rome apud S. Petrum, quintodecimo Kalendas aprilis, anno primo.

b.

Simili modo: Dilectis filiis capitulo ecclesie Plocensis salutem etc. Apostolatus officium etc. Quocirca discrecioni vestre... mandamus, quatinus eidem electo... humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedienciam... eius salubria monita et mandata suscipiatis devote et efficaciter adimplere curetis... Datum ut supra.

Eodem modo: Dilectis filiis clero civitatis et diocesis Plocensium... Apostolatus officium etc. Quocirca discrecioni vestre... mandamus, quatenus... eius salubria monita et mandata... adimplere curetis... Datum ut supra.

Eodem modo: Dilecto filio populo civitatis et diocesis Plocensium salutem etc. Apostolatus officium etc. Quocirca universitatem vestram rogamus... quatenus eundem electum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes... suis monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis... Datum ut supra.

Simili modo: Dilectis filiis universis vassallis ecclesie Plocensis salutem etc. Apostolatus officium etc. Quocirca universitati vestre... mandamus, quatenus... ei fidelitatem solitam necnon consueta servicia et iura... exhibere integre studeatis. Alioquin... Datum ut supra.

Simili modo: Venerabili fratri archiepiscopo Gneznensi salutem etc Ad cumulum... Dudum siquidem etc. Cum igitur, ut idem electus in commissa sibi predicte ecclesie cura facilius proficere valeat, tuus favor sibi noscatur esse plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus... quatenus eundem electum ac ecclesiam sibi commissam suffraganeam tuam... favoris presidio prosequaris... Datum ut supra.

Simili modo: Carissimo in Christo filio Wladislao regi Polonie illustri salutem etc. Gracie Diuine premium et humane laudis preconium acquiritur, si per seculares

trzyński W. Dr, Johannis Dlugossii vitae episcoporum Plocensium, ed. in Monum. Poloniae hist. VI [Kraków 1893] 609; Eubel, o. supra c. 402).

103. [a] ydoneum *Reg. Lat.* [b—b] dictis fratribus *pro* eisdem fratribus nostris *correctum manu scriptoris in Reg. Lat.*

principes prelatis, presertim ecclesiarum cathedralium regimini presidentibus, oportuni favoris presidium et honor debitus impendatur. Sane ecclesia Plocensis bone memorie Stiborio episcopo Plocensi, regimini Plocensis ecclesie presidente, nos etc. Cum itaque fili carissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi et eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari, serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem electum et prefatam ecclesiam Plocensem sue cure commissam, habens pro nostra et apostolice Sedis reverencia propensius commendatos, ipsos benigni favoris auxilio prosequaris ita, quod idem electus tue celsitudinis fultus presidio in commissa sibi cura pastoralis officii possit Deo propicio prosperari, ac tibi exinde a Deo perhennis vite premium et a nobis contigua proveniat accio graciarum. Datum ut supra.

104.

Romae, (18) martii 1390.

Bonifacius IX Stephano tit. S. Marcelli presbytero cardinali canonicatum et praebendam ac praeposituram ecclesiae Plocensis reservat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 2161 A. f. 66—67' (XLIII'—XLIIII, 68'—69'), series De litteris dominorum cardinalium anno primo. *In fine litterarum* Pro domino cardinali. Jac. de Teramo.

Adn. Liber hic continens Miscellanea litterarum apostolicarum, *Registris Lateranensibus adiunctus, minus facile legi potest, quia scriptura in eo plurimis locis aqua est lita. — Uncinis inclusa ab editore hic supplentur.*

Bonifacius... Stephano tit. Sancti Marcelli presbytero cardinali[1]... Dum exquisitam... (Cum) itaque canonicatus et prebenda ac prepositura ecclesie Plocensis, quos... Henricus electus Plocensis[2] tempore promocionis per nos facte de ipso ad Plocensem ecclesiam tunc pastore carentem obtinebat, prout obtinet, per huiusmodi promocionem et munus consecracionis eidem electo impendendum vacare sperentur in brevi, nos oportunitatibus tuis, ut incumbencia tibi onera expensarum, que te continue subire oportet, facilius supportare valeas, de alicuius subvencionis auxilio providere tibique specialem graciam facere volentes, canonicatum et prebendam ac preposituram predictos, quorum fructus... centum marcharum argenti (puri) secundum communem extimacionem valorem annuum ut asseritur non excedunt, eciam si prepositura ipsa dignitas curata et minor post pontificalem in prefata ecclesia Plocensi existat et ad eam quis consueverit per eleccionem assumi, cum illam ut prefertur vel alias quovismodo, preterquam per ipsius Henrici electi obitum, (vacare) contigerit, conferendos tibi... motu proprio non ad tuam vel alicuius pro te nobis super hoc oblate peticionis instanciam sed de nostra mera liberalitate donacioni apostolice reservamus, (distric)cius inhiben(do) venerabili fratri nostro episcopo Plocensi pro tempore existenti et (dilectis filiis) capitulo Plocensi ac illi vel illis, ad quem vel ad quos ipsorum canonicatus (et prebende) ac prepositure collacio, provisio, presentacio, eleccio seu quevis alia disposicio c(ommun)iter vel divisim pertinet[a], ne de ipsis canonicatu et prebenda ac prepositura contra (voluntatem) nostram huiusmodi disponere quoquomodo presumant... Non obstantibus de certo canonicorum nu-

104. [a] pertinet *omissum in Reg. Lat.*

104. [1] *Vid. supra p. 11 Nr 7 adn. 1.* [2] *Vid. supra p. 94 Nr 103 adn. 1.*

mero et quibuscunque statutis et consuetudinibus predicte ecclesie Plocensis contrariis iuramento, confirmacione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis... Nos enim tecum, ut canonicatum et prebendam ac prepondituram predictos libere recipere et una cum ecclesia sancti Marcelli (de) Urbe, que titulus tui cardinalatus existit, necnon prioratibus, dignitatibus (person)atibus, officiis, canonicatibus et prebendis, ecclesiis et aliis beneficiis ecclesiasticis (secula)ribus et regularibus, cum cura et sine cura, que obtines et expectas et (in quibus) et ad que ius tibi quomodolibet competit, quecunque, quotcunque et qua(liacunque fuer)int, licite retinere valeas generalis concilii et quibuscunque aliis (constitucionibus) apostolicis ac statutis et consuetudinibus supradictis contrariis nequaquam (obstantibus), auctoritate predicta de uberioris dono gracie motu simili dispensamus, (proviso, quod) prepositura, prioratus, dignitates, personatus, officia, canonicatus et prebende ac alia beneficia supradicta debitis obsequiis non fraudentur. Nulli ergo etc. nostre (reservacionis), inhibicionis, constitucionis, voluntatis et disposicionis infringere vel (ei auso te)merario contraire. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, (quinto decimo) Kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo.

Simili modo... archiepiscopo Gneznensi[3] et... abbati monasterii sancti Pauli extra muros (de Urbe ac)[4].. decano ecclesie Pomezaniensis[5] >< Datum ut supra.

105.

Romae, (18) martii 1390.

Bonifacius IX Stephano tit. S. Marcelli presbytero cardinali, ut ei de canonicatu et praebenda ac praepositura ecclesiae Plocensis, etiam si dicta beneficia tempore promotionis Henrici electi in episcopum Plocensem vacaverint, provideatur, motu proprio concedit.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 2161 A. f. 68—68' (XLV—XLV', 70—70'), series De litteris dominorum cardinalium anno primo. *In fine litterarum* Pro domino cardinali. N. de Benevento.

Adn. Liber hic continens Miscellanea litterarum apostolicarum, *Registris Lateranensibus adiunctus, minus facile legi potest, quia scriptura in eo plurimis locis aqua est lita. — Uncinis inclusa ab editore hic supplentur.*

Bonifacius etc... Stephano tit. sancti Marcelli presbytero cardinali[1] salutem etc. Dum exquisitam... Hodie siquidem tibi de canonicatu et prebenda ac prepositura ecclesie Plocensis, quos... Henricus electus Plocensis[2] tempore promocionis per nos facte de ipso ad eandem Plocensem ecclesiam, tunc pastore carentem, obtinebat, prout obtinet, et qui tunc per (huiusmodi promocionem et munus consecracionis eidem electo) impendendum vacare sperabantur, quorum (fructus...) centum marcharum argenti secundum communem (extimacionem valorem annuum) ut asserebatur non excedebant, eciam si prepositura ipsa dignitas curata et maior post pontificalem in ecclesia Plocensi (prefata existeret)

104. [3] *Johannes dux Opoliensis, Kropidło dictus, aa. 1389—1394; translatus ad ecclesiam Poznaniensem (Eubel, Hier. cath. I² 265).* [4] *Monasterium S. Paolo fuori le mura aut Basilica Ostiense dictum, ubi in claustro in porticu Bonifacii papae IX statua invenitur.* [5] *Johannes Marienwerder s. theologiae magister, decanus Pomezaniensis aa. 1389, 1395 (Voigt J., Cod. dipl. Prussicus IV 91, V 102).*

105. [1] *Vid. supra p. 11 Nr 7 adn. 1.* [2] *Vid. supra p. 94 Nr 103 adn. 1.*

et ad eandem consuevisset quis per eleccionem assumi, cum (illam ut prefertur) vel alias quovismodo preterquam per ipsius electi obitum vacare (contingeret), conferendos tibi... motu proprio... donacioni apostolice per nostras litteras reserva(vimus certis) super hoc executoribus deputatis, prout in eisdem litteris plenius (continetur. Cum) autem, sicut accepimus, a nonnullis asseratur dictum electum eciam (ante) promocionem huiusmodi nullum ius habuisse vel habere in canonicatu et prebenda ac prepositura predictis, et sic canonicatum et prebendam ac preposituram prefatos ante huiusmodi promocionem vacavisse et vacare eciam de presenti, aut eundem electum vel aliqu(os ex) predecessoribus suis, qui dictos canonicatum et prebendam ac preposituram obti(nebant), fructuum et proventuum camere apostolice debitorum collectorem vel succolec(torem) aut Sedis apostolice capellanum vel officialem aut alicuius ex sancte Romane ecclesie cardinalibus familiarem extitisse, seu iniquitatis filio Roberto olim basilice duodecim Apostolorum presbytero cardinali nunc antipape, qui se Clementem VII[3] ausu sacrilego nominare presumit aut suis sequacibus, eciam post (et contra) processus per felicis recordacionis Urbanum papam VI predecessorem nostrum (contra ipsum) Robertum ac quoscunque eius fautores et sequaces ac adherentes (eidem factos) et solemniter publicatos adhesisse et propterea canonicatum et prebendam ac (preposituram) prefatos disposicioni apostolice generaliter reservatos fuisse et esse, aut (eciam eosdem) tanto tempore vacavisse, quod eorum collacio iuxta Lateranensis statuta (concilii ad) eandem Sedem legitime devoluta existebat, tuque propterea dubites (te super) canonicatu et prebenda ac prepositura posse imposterum molestari, nos volentes (te) favore prosequi gracie amplioris volumus ac tibi motu simili a(uctoritate predicta) concedimus, quod tu tam presencium, quam aliarum predictarum litterarum vigore de dictis (canonicatu) et prebenda ac prepositura sive premisso sive alio quovismodo vacaverint (seu vacent) ad presens aut illos ut prefertur vacare contigerit, possis auctoritate nostra face(re provideri), dictique executores perinde tibi tam presencium quam predictarum litterarum vigore de (ipsis pro)videre licite et libere tibi possint et debeant, acsi de premissis omnibus et sing(ulis), quod dicti canonicatus et prebenda ac prepositura antea ut premittitur vacav(issent) et disposicioni prefate generaliter reservati fuissent, in eisdem litteris plena et expressa (mencio) facta fuisset. Non obstantibus omnibus, que in eisdem litteris voluimus non obstare. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et concessionis infringere vel ei ausu temerario (con)traire. Siquis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, decimo (quin)to Kalendas aprilis, pontificatus anno primo.

106.

Romae, 20 martii 1390.

Bonifacius IX magistrum Nicolaum Martini in suum et apostolicae Sedis capellanum recipit.

Arch. Vat., 1. Reg. Vat. T. 312 f. CXXXXV'. In fine litterarum Pro T. Petra P. Petra. — *2. Armar. XXXI T. 36 f. 375.*

Adn. Harum litterarum forma ut supra p. 69 Nr 80.

Bonifacius etc. dilecto filio magistro Nicolao Martini rectori parrochialis ecclesie

105. [3] *Vid. supra p. 76 Nr 85 adn. 2.*

sancti Petri Sandomiriensis[1] (Cracouiensis[a]) diocesis capellano nostro salutem etc. Virtutibus clarens etc. Nulli ergo... Si quis... Datum Rome apud S. Petrum, XIII Kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo.

107.

Romae, 21 martii 1390.

Bonifacius IX iudicibus, ut Johanni Stephani (de Manešovicz), qui super parochiali ecclesia in Luborzyca Cracoviensis diocesis in palatio apostolico litigat, canonicatum et praebendam in ecclesia Olomucensi conferant, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 5 f. 91'—92' (XCII'—XCIII'), series De exhibitis anno primo. *In fine litterarum* De mandato. N. de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 173—174 nr 311.

Bonifacius etc... patriarche Gradensi[1] et... abbati monasterii Gradicensis extra muros Olomucenses[2] ac officiali Olomucensi[3]... Vite ac morum honestas aliaque... merita, super quibus Johannes Stephani rector parrochialis ecclesie in Raussans Olomucensis diocesis[4]... commendatur... nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Dudum siquidem dicto Johanni de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Olomucensis ac dignitatis, personatus vel officii in eadem vel aliqua ex collegiatis ecclesiis civitatis Olomucensis et dicte diocesis graciose concessimus provideri; postmodum vero, sicut exhibita nobis nuper pro parte ipsius Johannis peticio continebat, canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie, quos quondam Wenceslaus dictus Waczlawik de Praga[5]... obtinebat, per ipsius Wenceslai obitum... vacantibus, idem Johannes vigore huiusmodi concessionis gracie litteris apostolicis super ea non confectis eosdem canonicatum et prebendam... acceptavit. Cum autem, sicut accepimus, dicti canonicatus et prebenda adhuc... vacare noscantur, nos volentes eidem Johanni, qui presbyter est et ut asserit in registro supplicacionum tam per felicis recordacionis Urbanum papam VI predecessorem nostrum quam nos seu de ipsius predecessoris vel nostro mandato signatarum per decem annos et ultra fideliter laborando scripsit, prout scribit, premissorum intuitu graciam facere specialem, discrecioni vestre... mandamus, quatenus vos... canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus... quindecim marcharum argenti puri... valorem annuum... non excedunt... eidem Johanni... conferre et assignare curetis... Non obstantibus...

106. [a] *omissum in Reg. Lat.*

106. [1] *Sandomierz civitas tunc in diocesi Cracoviensi, nunc inde ab a. 1818 sedes episcopi Sandomiriensis.*

107. [1] *Vid. supra p. 10 Nr 6 adn. 3.* [2] *Vid. supra p. 60 Nr 68 adn. 3.* [3] *Johannes de Guben recte de Ghulen 2. I. 1391 deprehenditur (Crofta C., o. supra c. 243 nr 439).* [4] *Raussans, nunc Rousinow Starý villa in Moravia. Johannes Stephani »de Manessowicz« rector parochialis ecclesiae in Luborzyca Cracoviensis diocesis 8. 10. 1391 deprehenditur, sed plena per eum ipsius ecclesiae possessione non habita 3. XI. 1396 eandem ecclesiam cum Andrea Navogii de Magna Rudna pro S. Aegidii Cracoviensis et S. Mariae Kielcensis ecclesiarum canonicatibus et praebendis ac altari S. Mariae sito in ecclesia S. Thomae in Raciborz Wratislaviensis diocesis permutavit (Crofta C., o. supra c. 320, 582—3 nr 564, 1043).* [5] *Wenceslaus dictus Václavík de Praga praebendam in Dietrichsdorf in ecclesia Olomucensi obtinebat (Crofta C., o. supra c. 372 nr 663).*

seu quod prefatus Johannes ut asserit parrochialem ecclesiam predictam, cuius decem, obtinet et super parrochiali ecclesia in Luborzicza[6], cuius quinquaginta, ac decanatu in de Cremsir[7] Cracouiensis et dicte Olomucensis diocesium, cuius quadraginta marcharum argenti puri fructus... valorem annuum non excedunt, in palacio apostolico litigat, et nos dudum sibi [a]de canonicatu sub expectacione prebende[a] in Pragensi ecclesiis per nostras litteras graciose duximus providendum. Volumus autem, quod quamprimum prefatus Johannes vigore presencium canonicatus et prebende ecclesie Olomucensis huiusmodi pacificam possessionem fuerit assecutus, predicta concessionis gracia, per quam illos acceptavit... et quecunque inde secuta, quoad huiusmodi canonicatum et prebendam dumtaxat, sint cassa et irrita... Datum Rome apud S. Petrum, duodecimo Kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo.

108.

Romae, 25 martii 1390.

Franciscus tit. S. Eustachii diaconus cardinalis, collegii cardinalium camerarius, Johanni episcopo Caminensi terminum solutionis communis et unius minuti servitiorum prorogat.

Arch. Vat., Obl. et Sol. T. 47 f. 93 (91). In margine sinistro ad init. litt. Episcopi Caminensis, *in fine* fl. I gr. II.

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris in eodem libro contentis hic supplentur.*

Franciscus[1] (... S. Eustachii diaconus cardinalis sacri collegii... cardinalium camerarius... notum facimus...), quod intellecta mole gravaminum pro parte... Johannis episcopi Caminensis[2], que ipsum ad solvendum (id, in quo camere collegii... cardinalium pro suo communi et uno minuto serviciis consueto debito pro familiaribus et officialibus dicti collegii... racione dicte sue ecclesie existit efficaciter obligatus, reddunt verisimiliter impotentem...), terminum faciende solucionis (dictorum serviciorum) usque ad festum Nativitatis Domini nostri Jesu Christi proxime futurum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome apud S. Petrum sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, indiccione tercia decima, die vicesima quinta mensis marcii, pontificatus etc. domini Bonifacii pape VIIII anno primo.

109.

Romae, 1 aprilis 1390.

Franciscus tit. S. Eustachii diaconus cardinalis, collegii cardinalium camerarius, Reinhardo episcopo Culmensi terminum solutionis communis et unius minuti servitiorum prorogat.

107. [a—a] *in margine Reg. Lat. cum nota* N. de Benevento.

107. [6] *Luborzyca villa prope Cracoviam versus Proszowice iuris patronatus episcoporum Cracoviensium, tunc et nunc inde ab a. 1925 in diocesi Cracoviensi.* [7] *Kroměříž, Kremsier civitas in Moravia cum ecclesia collegiata S. Mauritii.*

108. [1] *Vid. supra p. 66 Nr 76 adn. 1.* [2] *Johannes Brunonis obligavit se 5. V. 1386; post cuius resignationem Johannes Kropidło tunc episcopus Poznaniensis 31. VII. 1394 ad sedem Caminensem est translatus (Eubel, Hier. cath. I² 162).*

Arch. Vat., Obl. et Sol. T. 47 f. 91' (89'). In margine sinistro ad init. litt. Episcopi Culmensis, *in fine* fl. I gr. II.

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris in eodem libro contentis hic supplentur.*

Franciscus[1] (... S. Eustachii diaconus cardinalis sacri collegii... cardinalium camerarius... notum facimus...), quod intellecta mole gravaminum pro parte... Raynhaldi[2] episcopi Culmensis coram nobis exposita, que ipsum ad solvendum id, (in quo) camere dicti collegii... (pro suo communi et uno minuto serviciis consueto debito pro familiaribus et officialibus dicti collegii... racione dicte sue ecclesie existit efficaciter obligatus, reddunt verisimiliter impotentem...), terminum faciende solucionis dictorum serviciorum usque ad festum S. Michaelis de mense septembris proxime futurum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum testimonium etc. Datum Rome apud S. Petrum sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo die prima mensis aprilis, pontificatus etc. domini Bonifacii pape noni anno primo.

110.

Romae, 6 aprilis 1390.

Bonifacius IX iudicibus, ut Martino Jacobi de Wawrzeńczyce parochialem ecclesiam in Zagość conferant, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 2 f. 196—196' (CXCVI—CXCVI'), series De beneficiis vacantibus anno primo. *In fine litterarum* Pro Deo. N. de Benevento.

Reg. 1. Abraham Wl., Sprawozdanie (II) 135. — 2. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 175 nr 314.

Bonifacius etc. venerabili fratri.. episcopo Perusino[1] ac dilectis filiis.. abbati monasterii sancti Vincencii Wratislauiensis[2] ac.. officiali Wratislauiensi[3]... Vite ac morum honestas... super quibus apud nos... Martinus Jacobi de Laurinczicze[4] clericus Cracouiensis diocesis fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, parrochialis ecclesia sancti Johannis Baptiste in Zagoscz[5] dicte diocesis, quam condam Gregorius dictus Cronica[6] ipsius ecclesie rector dum viveret obtinebat, per ipsius Gregorii obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverit et vacet ad presens, nos volentes eidem Martino... graciam facere specialem, discrecioni vestre... mandamus, quatenus vos... prefatam ecclesiam, cuius fructus... viginti sex marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum, ut ipse Martinus asserit, non excedunt... prefato Martino... conferre et assignare curetis... Non obstantibus... aut quod idem Martinus beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad collacionem... episcopi et... capituli Cracouiensis communiter vel divisim pertinens auctoritate litterarum nostrarum se asserit expectare. Volumus autem, quod quamprimum idem Martinus parrochialem ecclesiam prefatam vigore presencium fuerit pacifice assecutus, prefate littere, per quas huiusmodi

109. [1] *Vid. supra p. 66 Nr 76 adn. 1.* [2] *Vid. supra p. 10 Nr 6 adn. 4.*

110. [1] *Vid. supra p. 30 Nr 25 adn. 4.* [2] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 2.* [3] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.* [4] *Wawrzeńczyce villa parochialis prope Cracoviam tunc et nunc in diocesi Cracoviensi.* [5] *Zagość villa parochialis super fluvium Nidam in terra Wisliciensi, tunc in Cracoviensi nunc in Kielcensi diocesi.* [6] *Ignotus.*

beneficium ut prefertur expectat, et processus habiti per easdem et quecunque inde secuta, quoad curatum beneficium dumtaxat, sint cassa et irrita nulliusque roboris vel momenti... Datum Rome apud S. Petrum, octavo idus aprilis, pontificatus nostri anno primo.

111.

Romae, 6 aprilis 1390.

Bonifacius IX Nicolao Geraldi de Radom beneficium ecclesiasticum in diocesi Cracoviensi ad collacionem episcopi Lubucensis pertinens reservat; cuius quidem reservationis executionem praeposito, scholastico et custodi ecclesiae S. Mariae Sandomiriae mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 167—168 (CLXVII—CLXVIII), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. Jac. de Teramo.

Bonifacius etc... Nicolao Geraldi de Radom [1] presbytero Cracouiensis diocesis... Vite ac morum honestas... nos inducunt, ut tibi reddamur ad graciam liberales. Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum, cuius fructus, si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo march. argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Lubucensis [2] pertinens, si quod in diocesi Cracouiensi vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... seu quod beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad collacionem... episcopi et... capituli Cracouiensis... pertinens auctoritate aliarum litterarum nostrarum te asseris expectare, quas quidem litteras et processus habitos per easdem et quecunque inde secuta, quoad curatum beneficium dumtaxat, exnunc cassamus... et nullius esse volumus roboris vel momenti... Datum Rome apud S. Petrum, octavo idus aprilis, anno primo.

Simili modo... preposito et scolastico ac custodi ecclesie sancte Marie Sandomiriensis Cracouiensis diocesis [3] >< Datum ut supra.

112.

Romae, 24 aprilis 1390.

Marinus tit. S. Mariae Novae diaconus cardinalis, camerarius Summi Pontificis, Mathiam decanum ecclesiae Opoliensis de solutione partis fructuum de archidiaconatu Opoliensi quitat.

Arch. Vat., Armar. XXIX T. 1 f. 211₂ (CLXXXVI₂).

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 178 nr 317.

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris hic supplentur.*

---

111. [1] *Radom civitas tunc in Cracoviensi nunc in Sandomiriensi diocesi.* [2] *Bona episcopatus Lubucensis in diocesi Cracoviensi descripsit Dlugosz J., Liber beneficiorum diocesis Cracoviensis I [Cracoviae 1863] 633—50.* [3] *Ecclesiae collegiatae S. Mariae Sandomiriae tum temporis praepositus honorabilis Zaklika, aulae regiae cancellarius, fuit (Akta grodzkie i ziemskie IX 4 nr 5.); scholasticus et custos ignoti.*

Marinus[1] (... sancte Marie Noue diaconus cardinalis, domini pape camerarius) universis (et singulis presentes litteras inspecturis) salutem (in Domino). Universitati (vestre notum facimus per presentes), quod honorabilis vir dominus Mathias[2] decanus ecclesie Opoliensis Wratislauiensis diocesis pro parte partis fructuum, reddituum et proventuum per ipsum perceptorum de archidiaconatu Opoliensi, eidem arrendato per iniquitatis filium Bartholomeum[3] olim tituli sancti Laurencii in Damaso presbyterum cardinalem, vulgariter dictum de Janua, octuaginta unum florenos auri de Camera solidos viginti octo et denarios quatuor monete Romane, ipso tamen domino Mathia remanente adhuc efficaciter obligato apostolice Camere in residuo dictorum fructuum per ipsum perceptorum in triginta sex similibus florenis solidis viginti sex et denariis octo monete predicte, nobis die date presencium per manus honorabilis viri Michaelis de Opol[4] sacre penitenciarie procuratoris solvi fecit realiter cum effectu; de quibus (octuaginta uno florenis auri de Camera solidis viginti octo et denariis quatuor monete predicte dictum decanum et eius heredes tenore presencium quitamus, absolvimus et eciam liberamus). In quorum (testimonium presentes litteras fieri et sigilli nostri camerariatus officii iussimus impressione muniri). Datum Rome apud S. Petrum sub anno Domini MCCCLXXXX, indiccione XIII, die vicesima quarta mensis aprilis, pontificatus (sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii Diuina providencia pape noni) anno primo.

113.

Romae, 26 aprilis 1390.

Bonifacius IX iudicibus, ut Nicolao quondam Geraldi de Radom nato, presbytero Cracoviensis diocesis, parochialem ecclesiam in Świeciechów conferant, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 275'—276 (CCLXXV'—CCLXXVI), series De beneficiis vacantibus anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. N. de Benevento.

Bonifacius etc... episcopo Segobiensi[1] et... preposito ac scolastico ecclesie beate Marie in Sandomiria Cracouiensis diocesis[2]... Vite ac morum honestas... super quibus apud nos... Nicolaus quondam Geraldi de Radom[3] natus, presbyter Cracouiensis diocesis... commendatur... nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Cum... parrochialis ecclesia in Sweczecow[4] dicte diocesis, quam quondam Johannes ultimus ipsius ecclesie rector, dum viveret, obtinebat, per ipsius Johannis obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum vacet ad presens et tanto tempore vacaverit, quod eius collacio iuxta Lateranensis statuta concilii est ad Sedem apostolicam legitime de-

112. [1] *Vid. supra p. 67 Nr 78 adn. 1.* [2] *Mathias de Strobicz, Ströbitz in Brandenburgia. Vid. supra p. 67 Nr 78.* [3] *Bartholomaeus de Cucurno vulgo Ianuensis dictus, ab Urbano papa VI in cardinalem presbyterum tit. S. Laurentii in Damaso 21. XII. 1381 promotus, deinde ab eodem papa privatus, † 1386; cui successit Angelus Acciaiollus episcopus Florentinus 17. XII. 1384 (Eubel, Hier. cath. I² 24, 43). Vid. supra p. 85 Nr 95 adn. 9.* [4] *Vid. supra p. 64 Nr 73 adn. 2.*

113. [1] *Episcopus Segobiensis al. Segoviensis (Segovia in Hispania) quidam Franciscus. Vid. supra p. 55 Nr 60 adn. 2.* [2] *Vid. supra p. 102 Nr 111 adn. 3.* [3] *Vid. supra p. 102 Nr 111.* [4] *Swieciechów villa parochialis in terra Oboczenensi, nunc in diocesi Sandomiriensi.*

voluta, nos volentes dicto Nicolao... graciam facere specialem, discrecioni vestre... mandamus, quatenus vos... parrochialem ecclesiam predictam, cuius fructus... decem marcharum argenti secundum communem extimacionem valorem annuum, ut ipse Nicolaus asserit, non excedunt... eidem Nicolao auctoritate nostra conferre et assignare curetis... Non obstantibus... seu quod nuper eidem Nicolao ut asserit de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura ad collacionem... episcopi Lubucensis pertinente per nostras litteras graciose mandavimus provideri. Volumus autem, quod quamprimum idem Nicolaus vigore presencium dictam parrochialem ecclesiam fuerit pacifice assecutus, predicte littere... quoad curatum beneficium dumtaxat, sint cassa et irrita... Datum Rome apud S. Petrum, sexto Kalendas maii, anno primo.

114.

Romae, 2 maii 1390.

Bonifacius IX Nicolao filio Jacussii (Jacobi) de Staw beneficium ecclesiasticum ad collationem episcopi Wladislaviensis pertinens reservat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 35'—36 (XXXV'—XXXVI), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. Jac. de Teramo.

Bonifacius etc... Nicolao Jacussii de Staw[1] clerico Gneznensis diocesis... Vite ac morum honestas... nos inducunt, ut tibi reddamur ad graciam liberales. Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum... cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Wladislauiensis pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... aut quod nuper tibi de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura ad collacionem... archiepiscopi Gneznensis pertinente, vacante vel vacaturo, graciose concessimus provideri. Volumus autem, quod quamprimum vigore presencium aliquod curatum beneficium fueris pacifice assecutus, huiusmodi concessionis gracia et quecunque inde secuta, quoad curatum beneficium dumtaxat, sint cassa et irrita nulliusque roboris vel momenti... Datum Rome apud S. Petrum, sexto nonas maii, anno primo.

Simili modo... preposito monasterii in Trzemesno[2] per prepositum soliti gubernari Gneznensis diocesis et decano[3] ac cantori[4] ecclesie Wladislauiensis >< Datum ut supra.

114. [1] *Tres tunc fuerunt huius nominis villae in diocesi Gneznensi et quidem duae parochiales, una prope opp. Września, altera prope opp. Kalisz nunc in diocesi Wladislaviensi, tertia in terra Wielunensi in parochia tum Wydrzyn hodie Czarnożyły diocesis Częstochoviensis.* [2] *Trzemeszno prope Gniezno oppidum, in quo erat praepositura canonicorum regularium ordinis S. Augustini; cuius monasterii praepositus ab a. 1373 erat Jacobus (Zawisza Poraj) canonicus Gneznensis, qui in vivis 12. I. 1390, successor vero eius Paulus 5. I. 1392 deprehenduntur (Korytkowski J. ks., Prałaci i kanonicy katedry metropolit. gnieźnieńskiej IV [Gniezno 1883] 438—9).* [3] *Nicolaus decanus Wladislaviensis aa. 1387, 1393 (Ulanowski B., Dokumenty kujawskie i mazowieckie in Arch. Kom. historycznej IV [Kraków 1889] 269, 270, nr 90, 91).* [4] *Nicolaus cantor Wladislaviensis a. 1387 (Ulanowski, o. supra c. 270 nr 91).*

115.

Romae, 23 maii 1390.

Bonifacius IX officiali Cracoviensi, ut Michaeli filio Alberti de Krowica canonicatum et praebendam ecclesiae Cracoviensis conferat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 9 f. 3—4 (III—IIII), series De exhibitis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXII de Benevento.

Reg. Abraham Wl., Sprawozdanie (II) 136.

Bonifacius... dilecto filio.. officiali Cracouiensi [1] salutem... Dignum arbitramur... Exhibita siquidem nobis pro parte... Michaelis Alberti de Crouicza [2] canonici Gneznensis peticio continebat, quod olim canonicatu et prebenda ecclesie Cracouiensis, quos quondam Marcus Boxe [3] ipsius ecclesie canonicus, dum viveret, obtinebat, per ipsius Marci obitum, qui extra Romanam curiam decessit, vacantibus... Johannes [4] episcopus Cracouiensis canonicatum et prebendam predictos sic vacantes eidem Michaeli auctoritate ordinaria contulit et providit eciam de eisdem, idemque Michael vigore collacionis et provisionis huiusmodi canonicatum et prebendam predictos assecutus illos extunc tenuit et possedit, prout tenet pacifice et quiete. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, dictus Michael dubitat collacionem et provisionem huiusmodi ex certis causis viribus non subsistere, et sicut accepimus canonicatus et prebenda predicti adhuc ut prefertur vacare noscantur, nos volentes prefatum Michaelem, qui ut asserit ex utroque parente de nobili genere procreatus existit... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus, si post diligentem examinacionem dictum Michaelem ad hoc ydoneum esse reppereris... dictos canonicatum et prebendam, quorum fructus... quindecim marcharum argenti... valorem annuum, ut ipse Michael asserit, non excedunt, si ut premittitur vacent et tempore date presencium non sit in eis alicui specialiter ius quesitum, cum plenitudine iuris canonici... eidem Michaeli auctoritate nostra conferre et assignare procures... Non obstantibus... seu quod prefatus Michael ut asserit Gneznensis, quorum tredecim, et sancte Marie Sandomiriensis Cracouiensis, quorum quindecim marcharum argenti fructus... valorem annuum non excedunt, (canonicatus et prebendas)[a] obtinet, quodque dudum sibi de canonicatu sub expectacione prebende predicte Cracouiensis ecclesiarum predictarum graciose concessimus provideri. Volumus autem, quod dictus Michael, quamprimum vigore presencium canonicatum et prebendam predicte Cracouiensis ecclesie fuerit pacifice assecutus, predicta concessionis gracia et quecunque inde secuta sint cassa et irrita... Datum Rome aqud S. Petrum, decimo Kalendas iunii, pontificatus nostri anno primo.

115. [a] *uncinis inclusa omissa in Reg. Lat.*

115. [1] *Vid. supra p. 33 Nr 29 adn. 1.* [2] *Krowica villa in par. Rajsko prope Kalisz nunc in diocesi Wladislaviensi. Michael Alberti de Krowica natus, canonicus primo Gneznensis, deinde Cracoviensis, a. 1378 plebanus in Charlupia institutus, ab a. 1399 scholasticus Gneznensis, praeterea officialis: aa. 1411—2 Cracoviensis, aa. 1413—4 Gneznensis, a. 1416 ecclesiae Gneznensis et mensae archiepiscopalis director deprehenditur; † 1418 (Kod. kat. krak. II 354, 374 nr 528, 538; Korytkowski J., Prałaci i kanonicy II 381, 615).* [3] *Marcus Boxae de Tursko canonicus Cracoviensis † 10. II. 1390 (Bruchnalski W., Calendarii Cracoviensis notae hist. in Mon. Pol. hist. VI [Kraków 1893] 660).* [4] *Johannes Radlica.*

116.

Romae, 24 maii 1390.

Bonifacius IX magistro Hermanno de Bielefeld causarum palatii apostolici auditori, ut Nepronem Nepronis de Nieprowice presbyterum ad omne ius, quod quondam Petro Stanislai presbytero in parochiali ecclesia in Dzieraźnia competebat, surroget, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 5 f. 74—75 (LXXV—LXXVI), series De exhibitis anno primo. *In fine litterarum* N. XXX de Benevento.

Bonifacius etc... magistro Hermanno de Biluelt [1] capellano nostro et causarum palacii apostolici auditori salutem etc. Nobilitas generis, vite ac morum honestas... super

116. [1] *Bielefeld opp. in Paderbornensi diocesi. — In eodem libro Reg. Lat. f. 86—88' sequuntur litterae de data: Reate, 16 iunii 1390, quibus Bonifacius IX magistro Hermanno de Bielefeld decretorum doctori, capellano et causarum palatii apostolici auditori, de canonicatu et maiori praebenda ac scholastria ecclesiae Misnensis providet.* Non obstantibus... aut quod ut asseris super parrochiali S. Nicolai, prepositura rurali nuncupata, in Gripeswaldis, cuius possessionem nondum habes, in palacio predicto litigas, et in beate Marie Biluendensi Caminensis et Padeburnensis diocesium cum prebenda et scolastria, que simplex officium est, quorum et parrochialis necnon canonicatus et prebende ac scolastrie Bilueldensis ecclesiarum predictarum fructus... viginti sex marcharum argenti puri... valorem annuum non excedunt, et in Wratislauiensi ac in Monasteriensi et in Padeburnensi diversarum sub expectacionibus prebendarum necnon oblegiorum ploth nuncupatorum unius cedentis vel decedentis aut illa alias quomodolibet dimittentis ipsius ecclesie canonici in eisdem Padeburnensi sub expectacione prebende ac eciam dignitatis, personatus vel officii in Wratislauiensi, canonicatus obtines, necnon aliarum unum vel duo seu tria aut plura, eciam si ipsum unum vel ipsorum duorum seu trium aut plurium aliquod curatum et parrochialis ecclesia aut decanatus vel archipresbiteriatus seu prepositura ruralis vel alia administracio qualemcunque iurisdiccionem seu curam animarum habens aut dignitas eciam curata, personatus vel officium in cathedrali eciam maior post pontificalem vel in collegiata principalis et aliquod vel aliqua ex beneficiis huiusmodi canonicatus et maior prebenda seu canonicatus et maiores prebende vel officia simplicia in huiusmodi cathedrali vel cathedralibus seu collegiata aut collegiatis ecclesiis, in qua vel in quibus maiores et minores prebende forent, existerent, et cuiuscunque seu quorumcunque in provincia Salzeburgensi, ac aliarum nostrarum auctoritate litterarum aliud sine cura, eciam si simplex officium existeret, ad dilecti filii prepositi et dilectarum in Christo filiarum decane singularumque canonicarum et personarum in Schiltz dicte Padeburnensis diocesis collacionem... pertinencia beneficia ecclesiastica vacancia vel simul aut successive vacatura nosceris expectare, quodque hodie te in lite et causa, que inter prefatum Hermanum et quendam eius adversarium super capella S. Johannis Baptiste sita in castro Misnensi et certa obediencia in predicta ecclesia Misnensi coram certo dicti palacii causarum auditore pendet indecisa, te in omni iure et ad omne ius, quod eidem Hermano tempore huiusmodi sui obitus in eisdem capella et obediencia quomodolibet competebat... per alias nostras litteras *(Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 5 f. 84—86)* graciose mandaverimus surrogari. Nos enim tecum, ut scolastriam predictam, si curata seu dignitas vel personatus existat, recipere et unacum parrochiali ecclesia, si eam interim evincas et assequaris, necnon curato beneficio seu dignitate vel personatu predictis usque ad triennium retinere... valeas... dispensamus... Datum Reate, decimo sexto Kalendas iulii, anno primo. Simili modo... patriarche Gradensi et... preposito Bambergensis ac.. decano Herbipolensis ecclesiarum >< Datum ut supra.

quibus... Nepro Nepronis de Neprouicze[2] presbyter Cracouiensis diocesis fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Nepronis peticio continebat, quod orta dudum inter ipsum et quondam Petrum Stanislai presbyterum super parrochiali ecclesia beate Marie Magdalene in Dzeransna[3] diocesis predicte, de qua tunc per obitum quondam Johannis ultimi rectoris eiusdem ecclesie extra Romanam curiam defuncti vacante Nepro sibi auctoritate apostolica graciose provisum seque ipsam assecutum canonice fuisse dictumque Petrum se gracie, provisioni et assecucioni predictis contra iusticiam opposuisse ac fecisse, quominus idem Nepro eandem ecclesiam posset pacifice possidere, Petrus vero predicti ecclesiam ipsam ad se de iure spectare asserebant, prout dictus Nepro adhuc asserit, materia questionis et causa huiusmodi ad Sedem apostolicam legitime introducta... Urbanus papa VI... causam huiusmodi... magistro Johanni Egidii capellano Sedis predicte et causarum palacii apostolici auditori[4] ad instanciam dicti Petri audiendam commisit et fine debito terminandam. Idemque auditor in huiusmodi causa procedens diffinitivam, per quam inter cetera prefatam ecclesiam Petro adiudicavit et super ea Neproni predictis perpetuum silencium imposuit, sentenciam promulgavit, a qua pro parte dicti Nepronis fuit ad Sedem ipsam appellatum; ac idem Urbanus predecessor causam appellacionis huiusmodi... magistro Petro Gastonis[5] capellano Sedis et auditori causarum palacii predictorum audiendam commisit et fine debito terminandam, prefatusque Petrus auditor eciam in huiusmodi causa procedens eandem sentenciam per suam diffinitivam sentenciam confirmavit. Cumque [a]ex parte[a] prefati Nepronis eciam ab eadem sentencia dicti Petri auditoris ad Sedem fuisset appellatum eandem, prefatus Urbanus predecessor causam ultime appellacionis huiusmodi... Ricardo electo Tranensi[6] tunc capellano Sedis et auditori causarum palacii predictorum audiendam commisit et fine debito terminandam. Et subsequenter cum idem Ricardus tunc auditor, postquam ad nonnullos actus in huiusmodi causa inter easdem partes processerat, seque ab eadem Curia absentasset, dicto Urbano... sublato de medio, nos... causam huiusmodi tibi audiendam commisimus et fine debito terminandam. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, lite huiusmodi sic indecisa pendente prefatus Petrus apud Sedem predictam extiterat vita functus, nos statum cause huiusmodi habentes presentibus pro expresso et eidem Neproni, qui adhuc dictam ecclesiam ut asseritur possidet, ne sibi novus adversarius in huiusmodi causa surrogetur, providere, ipsique... specialem graciam facere volentes, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Nepronem, dummodo ipse in dicta ecclesia

116. [a–a] ex parte *omissum in Reg. Lat.*

116. [2] *Nieprowice versus occidentem ab oppido Wiślica tunc in Cracoviensi nunc in Kielcensi diocesi. Vid. supra p. 29 Nr 24.* [3] *Dzierążnia villa in districtu Pinczoviensi tunc Cracoviensis nunc Kielcensis diocesis. Quidam Johannes rector ecclesiae de Dczerasna, canonicus Cracoviensis aa. 1362–1372 (Kod. kat. krak. II 35, 46 nr 270, 281, Kod. MPol. III 158 nr 755), obiit 24. III. 1374 (Bruchnalski W., Calendarii Cracoviensis notae historicae in Mon. Pol. hist. VI [Kraków 1893] 654). Petrus Stanislai presbyter ignotus.* [4] *Johannes Aegidii (Egidii) utriusque iuris doctor, receptus in auditorem 12. XII. 1380, promotus fuit in auditorem contradictarum denique cardinalis creatus ab Innocentio VII 12. VI. 1405 (Cerchiari E., Sacra Romana Rota II [Romae 1920] 35 nr 195).* [5] *Petrus Gastonis ab Urbano papa VI in auditorem receptus (Cerchiari E., o. supra c. p. 36 nr 213).* [6] *Richardus de Silvestris ab Urbano papa VI in auditorem receptus (Cerchiari E., o. supra c. 36 nr 212), postea ut episcopus Tranensis (Trani in Italia) obligavit se 24. XII. 1390, sed tamen in Romana curia ulterius commorabatur (Eubel, Hier. cath. I² 492).*

non fuerit intrusus, in omni iure et ad omne ius, si quod ipsi Petro in eadem ecclesia, cuius fructus... quinquaginta marcharum argenti... valorem annuum... non excedunt, seu ad eam tempore sui obitus quomodolibet competebat aut competere poterat, auctoritate apostolica surroges, dictumque ius sibi conferas et provideas eciam de eodem, ipsumque Nepronem ad huiusmodi ius et prosecucionem eius et defensionem in eo statu, in quo prefatus Petrus tempore dicti sui obitus existebat, et si viveret, posset et deberet admitti, admittas et admitti facias ut est moris; et nichilominus ecclesiam predictam sive ut prefertur sive alias quovis modo sive eciam per resignacionem liberam... Wenczeslai Petri [7] presbyteri Gneznensis diocesis per eum de illa in manibus loci ordinarii seu coram notario et testibus forsan factam, aut per constitucionem ... Johannis pape XXII... que incipit: Execrabilis, vacet, dummodo tempore date presencium non sit in ea alicui specialiter ius quesitum... Neproni predicto auctoritate predicta conferre et assignare procures, inducens per te vel alium seu alios eundem Nepronem vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem ecclesie iuriumque et pertinenciarum predictarum eadem auctoritate et defendens inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, sibique faciens de ipsius ecclesie fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi. Contradictores auctoritate nostra etc. Non obstantibus, si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi parrochialibus ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales predicte Sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, eciam si per eas ad inhibicionem, reservacionem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus prefatum Nepronem in assecucione dicte ecclesie volumus anteferri, sed nullum per hoc quoad assecucionem parrochialium ecclesiarum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari; seu si venerabili fratri nostro episcopo Cracouiensi vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad recepcionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem et qualibet alia dicte Sedis indulgencia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gracie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mencio specialis; aut quod nuper eidem Neproni ut asserit de canonicatibus sub expectacionibus prebendarum Cracouiensis et Poznaniensis ecclesiarum graciose concessimus provideri. Nos enim exnunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Rome apud S. Petrum, nono Kalendas iunii, anno primo.

117.

Romae, 30 maii 1390.

Bonifacius IX Conrado Weterheim, ut priores litterae, per quas ipsi de canonicatu et media praebenda ecclesiae Warmiensis providit, plenam obtineant firmitatem, concedit.

Arch. Vat., Reg. Lateran. Appendix I f. 2. In fine litterarum N. XVIII de Benevento.
Adn. De hoc appendice vid. supra p. 75 Nr 85 Adn.

116. [7] *Ignotus.*

Bonifacius etc... Conrado Weterheim[1] canonico Warmiensi... Vite ac morum honestas... Hodie siquidem tibi, qui ut asserebas super parrochiali ecclesia in Melsach[2] Warmiensis diocesis in palacio apostolico litigabas, de canonicatu et media prebenda ecclesie Warmiensis, in qua maiores, medie et minores prebende fore noscuntur, tunc per obitum quondam Nycolai Fabri[3] ipsius ecclesie canonici apud Sedem apostolicam defuncti vacantibus et antea disposicioni apostolice reservatis, per nostras litteras graciose duximus providendum certis tibi super hoc executoribus deputatis, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem littere huiusmodi ex eo viribus non subsistant, quod in eis, quod nos tibi antea de canonicatu sub expectacione unius ex huiusmodi maioribus prebendis per alias nostras litteras provideri mandaveramus, mencio facta quodque valor annuus fructuum, reddituum et proventuum parrochialis ecclesie predicte, qui, sicut exhibita nobis pro parte tua peticio continebat, summam sexdecim marcharum argenti puri secundum communem extimacionem annuatim non excedunt, expressus non fuerunt tuque, sicut eadem peticio subiungebat, propterea dubites te super eisdem canonicatu et media prebenda posse molestari, nos volentes te premissorum meritorum tuorum intuitu favoribus prosequi graciosis tuis in hac parte supplicacionibus inclinati volumus et apostolica tibi auctoritate concedimus, quod predicte littere, per quas tibi de canonicatu et media prebenda huiusmodi providendum duximus ut prefertur, perinde a data presencium valeant plenamque obtineant roboris firmitatem dictique executores ad earum execucionem iuxta illarum tenorem procedere possint et debeant acsi in eis, quod nos tibi de canonicatu sub expectacione maioris prebende huiusmodi provideri mandavissemus quodque huiusmodi fructus, redditus et proventus predictam summam sexdecim marcharum secundum extimacionem eandem annuatim non excedunt, fuisset expressum. Non obstantibus omnibus, que in eisdem litteris, per quas tibi de canonicatu et media prebenda huiusmodi providimus ut prefertur, volumus non obstare. Volumus autem, quod quamprimum presencium et predictarum, per quas de huiusmodi canonicatu et media prebenda providendum duximus ut prefertur, litterarum canonicatus et medie prebende huiusmodi possessionem fueris pacificam assecutus, predicte littere, per quas tibi de canonicatu sub expectacione maioris prebende huiusmodi ut premittitur mandavimus provideri et processus habiti per easdem ac omnia inde secuta sint cassa et irrita nulliusque roboris vel momenti. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et concessionis infringere. Siquis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, tercio Kalendas iunii, anno primo.

118.

Romae, 1 iunii 1390.

Augustinus episcopus Pennensis, Bonifacii papae IX thesaurarius, Arnoldum de Ergenstein decanum Warmiensem de solutione annatae quitat.

Arch. Vat., Armar. XXIX T. 1 f. 184v (CLVIIIIv).

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 188 nr 334.

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris in eodem libro Armarii contentis hic supplentur.*

117. [1] *Conradus Wetirheym canonicus Warmiensis 13. V. 1404 deprehenditur (Woelky, Cod. dipl. Warmiensis III 387 nr 396).* [2] *Melzak, Mehlsack opp. tunc in Warmia nunc in Prussia Orientali.* [3] *Quidam Nicolaus Fabri a. 1385 Pragae ad baccalariatum in artibus admissus (Mon. Univ. Prag. I/I 229).*

Universis (et singulis presentes litteras inspecturis) Augustinus[1] (episcopus Pennensis, domini nostri pape thesaurarius), salutem (in Domino). Universitati (vestre notum facimus per presentes), quod honorabilis vir dominus Arnoldus Ergenstein[2] decanus ecclesie Warmiensis pro annata seu mediis fructibus primi anni dicti decanatus, in quibus apostolice camere (sub certis penis et sentenciis racione dictorum annate seu mediorum fructuum primi anni extitit efficaciter obligatus), septem florenos auri de Camera nobis (die date presencium) per manus magistri Johannis Namslaw[3] canonici Wratislauiensis et litterarum apostolicarum scriptoris (solvi fecit realiter cum effectu), de quibus (septem florenis auri de Camera sic datis et solutis dictum dominum Arnoldum eiusque heredes et successores et dictum decanatum tenore presencium quitamus, absolvimus et eciam liberamus), mandantes insuper venerabilibus viris dominis in civitate et diocesi Warmiensibus (fructuum, reddituum, proventuum et iurium apostolice camere debitorum) collectori (et succollectori, quatenus), si valorem (dictorum septem florenorum auri de Camera non excedunt, pro dictis annata seu mediis fructibus primi anni dictum dominum Arnoldum vel eius procuratores de cetero non molestent nec faciant per alios molestari). In quorum (testimonium presentes litteras fieri et sigilli nostri pontificalis, quo utimur, iussimus appensione muniri). Datum Rome (apud S. Petrum, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, indiccione tercia decima), die prima iunii, anno primo.

119.

Romae, 16 iunii 1390.

Bonifacius IX Johanni de Namysłów de canonicatu et praebenda ecclesiae Poznaniensis per obitum Jaroslai nati Dobeslai vacantibus providet; cuius quidem provisionis executionem patriarchae Gradensi, archidiacono Wratislaviensi ac officiali Poznaniensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 231—232 (CCXXXI—CCXXXII), series De prebendis vacantibus anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro socio. N. de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 191 nr 340.

Bonifacius etc... magistro Johanni Namslaw[1] canonico Poznaniensi, scriptori nostro etc. Grata devocionis obsequia... Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica, tunc apud Sedem apostolicam vacancia et inantea vacatura, collacioni et disposicioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Poznaniensis, quos quondam Jaroslaus Dobeslai[2] ipsius ecclesie canonicus, dum viveret, obtinebat, per ipsius

118. [1] *Vid. supra p. 86 Nr 97 adn. 2.* [2] *Arnoldus de Ergsten, Ergesten, Ergensten decanus Warmiensis 24. I. 1390—1400 deprehenditur (Woelky, Cod. dipl. Warmiensis III 209, 316 nr 242, 349 — Woelky, Urkundenbuch d. Bisthums Culm I. 311 nr 401).* [3] *Vid. supra p. 88 Nr 99 adn. 4.*

119. [1] *Vid. supra p. 88 Nr 99 adn. 4.* [2] *Jaroslaus Dobeslai canonicus Poznaniensis in litteris Bonifacii papae IX de data: Romae, 20. XII. 1398 Jaroslaus Derslai dictus est (Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 76 f. 30'—31').*

Jaroslai obitum, qui apud dictam Sedem diem clausit extremum, apud Sedem ipsam vacaverint et vacent ad presens, nullusque de illis preter nos hac vice disponere potuerit sive possit reservacione et decreto obsistentibus supradictis, nos volentes tibi... graciam facere specialem, canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus... decem marcharum argenti... valorem annuum ut asseris non excedunt, sic vacantes... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus... Non obstantibus... seu quod ut asseris in Wratislauiensi cum prebenda, quorum fructus... triginta marcharum argenti... valorem annuum non excedunt, et in Wissegradensi[3] prope Pragam ac in Pragensi et Warmiensi sub expectacionibus prebendarum necnon dignitatis, personatus seu officii in eadem Pragensi ecclesiis auctoritate quarundam litterarum nostrarum canonicatus nosceris obtinere... Datum Reate[4], decimo sexto Kalendas iulii, anno primo.

Simili modo... patriarche Gradensi[5] et... archidiacono Wratislauiensi[6] ac officiali Poznaniensi[7] >< Datum ut supra.

120.

Reate, 16 iunii 1390.

Bonifacius IX Nicolao Gelucke de canonicatu et media praebenda ecclesiae Warmiensis providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Monopolitano et praeposito ac decano ecclesiae S. Salvatoris in Gutstadt Warmiensis diocesis mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 7 f. 264'—265' (CCLXXX'—CCLXXXI'), series De prebendis vacantibus anno primo. *In fine litterarum* Pro Deo N. de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 191 nr 339.

Bonifacius etc... Nicolao Gelucke[1] canonico Warmiensi... Vite ac morum honestas... Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica, tunc apud Sedem apostolicam vacancia et inantea vacatura collacioni et disposicioni nostre reservantes decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum canonicatus et media prebenda ecclesie Warmiensis, in qua minores, medie et maiores prebende fore noscuntur, quos quondam Nicolaus Fabri[2]... obtinebat, per ipsius Nicolai obitum, qui apud dictam Sedem diem clausit extremum vacaverint et vacare noscantur ad presens... nos volentes tibi... graciam facere specialem, canonicatum et mediam prebendam predictos, quorum fructus... octo marcharum argenti secundum communem extimacionem valorem annuum ut asseris non excedunt... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus... Non obstantibus... seu quod dudum tibi ut asseris de uno cum cura vel sine cura ad... episcopi Olomucensis et... prepositi, decani, cantoris, thesaurarii, custodis et capituli singulorumque canonicorum et personarum Olo-

119. [3] *Vyšehrad nunc in civitate Pragensi.* [4] *Rieti civitas principalis in provincia Sabina.* [5] *Vid. supra p. 17 Nr 11 adn. 1.* [6] *Vid. supra p. 76 Nr 86 adn. 3. Nicolaus de Poznania archidiaconus Wratislaviensis 2. VI. 1389 deprehenditur (Woelky, Cod. dipl. Warmiensis III 195—199 nr 233).* [7] *Vid. supra p. 37 Nr 35 adn. 1.*

120. [1] *Nicolaus Gelucke in Romana curia servivit (Crofta C., o. supra c. 403 nr 709).* [2] *Vid. supra p. 109 Nr 117 adn. 3.*

mucensis communiter vel divisim, ac de alio sine cura ad... episcopi Wratislauiensis et prepositi, decani, cantoris, thesaurarii, ..custodis, archidiaconorum et capituli singulorumque canonicorum et personarum Wratislauiensis ecclesiarum collacionem... pertinentibus beneficiis ecclesiasticiis vacantibus vel vacaturis graciose concessimus provideri... Datum Reate, sexto decimo Kalendas iulii, pontificatus nostri anno primo.

Simili modo venerabili fratri.. episcopo Monopolitano [3] et dilectis filiis.. preposito ac decano ecclesie S. Salvatoris in Gutenstad [4] Warmiensis diocesis >< Datum ut supra.

121.

Reate, 22 iunii 1390.

Bonifacius IX praeposito Miechoviensi, ut ecclesiae collegiatae S. Johannis Baptistae in Kurzelów decanatum, quem Jacobus Floriani causarum palatii apostolici auditor obtinet, Simoni filio Petri de Stopnica clerico Cracoviensis diocesis reservet, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 7 f. 237—238' (CCLIII—CCLIIII'), series De dignitatibus vacantibus anno primo. *In fine litterarum* N. XXVI de Benevento.

Bonifacius etc. dilecto filio.. preposito monasterii Mechouiensis [1] per prepositum soliti gubernari Cracouiensis diocesis salutem etc. Dignum arbitramur etc. Dudum siquidem... Urbanus papa VI... magistro Jacobo Floriani [2] canonico et cantori ecclesie Poznaniensis, capellano nostro, de canonicatu et prebenda ac cantoria eiusdem ecclesie tunc certo modo vacantibus et antea disposicioni apostolice reservatis per suas litteras graciose providit et voluit inter cetera, quod ipse Jacobus, quamprimum huiusmodi litterarum vigore canonicatus et prebende ac cantorie predictorum possessionem foret pacificam assecutus, decanatum ecclesie sancti Johannis Baptiste Kurzelouiensis [3] Gneznensis diocesis, quem tunc temporis obtinebat prout obtinet, et quem dictus predecessor extunc vacare decrevit, omnino dimittere teneretur. Et deinde cum propterea dictus decanatus vacare speraretur, idem predecessor de ipso decanatu, cum illum ut prefertur vel alias quovis modo preterquam per ipsius Jacobi obitum vacare contingeret, quondam

120. [3] *Vid. supra p. 16 Nr 9 adn. 2.* [4] *Gutstadt opp. in districtu Heilsberg tunc in Warmia nunc in Prussia Orientali. Praepositus ecclesiae collegiatae S. Salvatoris Arnoldus Longi de Brunsberg canonicus Warmiensis 24. I. 1390 deprehenditur (Woelky, Cod. dipl. Warmiensis III 195—199, 224 nr 233, 250).*

121. [1] *Frater Stanislaus Stoykon de Książ decretorum doctor, primus generalis praepositus monasterii Sepulcri Dominici ord. S. Augustini in Miechów 1384—† 1395. Vid. supra p. 41 Nr 41 adn. 1.* [2] *Magister Jacobus (de Kurdwanowo) stemmate Syrokomla, subdiaconus, in academia Bononiensi doctor, capellanus et causarum palatii apostolici auditor, praepositus Wratislaviensis, ad ecclesiam Plocensem promotus obligavit se personaliter Romae 1396 12. VIII. pro se et suis praedecessoribus. Anno 1421 25. VI. a Martino papa V ad ecclesiam Wladislaviensem translatus est; cum huic translationi non consensisset, remansit episcopus Plocensis — † 1425 (Cerchiari, S. Romana Rota II 37 nr 215; Eubel, Hier. cath. I² 403; Dlugossii J., Vitae episcoporum Plocensium ed. Kętrzyński W. in Mon. Pol. hist. V [Kraków 1893] 609—610).* [3] *Kurzelów opp. prope fluvium Pilicam tunc in Gneznensi nunc in Kielcensi diocesi.*

Nicolao Stephani dicto Scalka[4] clerico per alias litteras provideri mandavit, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum itaque postmodum predictus Nicolaus, antequam sibi de eodem decanatu provideretur, apud Sedem apostolicam fuerit vita functus, ipseque Jacobus nondum sit canonicatum et prebendam ac cantoriam predictos assecutus et secundum premissa dictus decanatus adhuc ut prefertur vacare speretur, nos volentes... Symonem Petri de Stobnicza[5] clericum Cracouiensis diocesis, qui ut asseritur in decimo octavo sue etatis anno constitutus est... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus, si per diligentem examinacionem dictum Symonem... ydoneum ad obtinendum ipsum decanatum, qui dignitas curata non tamen principalis in eadem ecclesia sancti Johannis existit, esse reppereris... decanatum predictum, ad quem quis per eleccionem non assumitur, cuiusque fructus... sexdecim marcharum argenti puri... valorem annuum... non excedunt, cum illum premisso vel alio quovis modo preterquam per ipsius Jacobi obitum, qui eciam causarum palacii apostolici et... Raynaldi S. Viti in Marcello diaconi cardinalis[6] auditor existit, vacare contigerit, conferendum eidem Symoni... donacioni tue auctoritate nostra reserves... ac nichilominus eundem decanatum, cum illum ut prefertur vacare contigerit... eidem Symoni predicta auctoritate conferas et assignes... Non obstantibus... seu quod nuper eidem Symoni ut asseritur de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Cracouiensis necnon de beneficio ecclesiastico sine cura ad collacionem... episcopi et... capituli Cracouiensium... pertinente, vacante vel vacaturo, graciose concessimus provideri; aut quod dictus Symon patitur in etate defectum, cum ut prefertur in decimo octavo etatis anno constitutus existat. Nos enim cum prefato Symone, ut decanatum predictum... recipere et retinere libere et licite valeat, defectu etatis predicto et generalis concilii et aliis constitucionibus apostolicis necnon... statutis et consuetudinibus contrariis nequaquam obstantibus... tenore presencium dispensamus... Datum Reate, decimo Kalendas iulii, pontificatus nostri anno primo.

122.

Romae, 23 iunii 1390.

Bonifacius IX iudicibus, ut Nicolao Geraldi de Radom capellam S. Petri prope oppidum Radom sitam conferant, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 273'—274' (CLXXIII'—CCLXXIIII'), series De beneficiis vacantibus anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. N. de Benevento.

Bonifacius etc... preposito et decano ac scolastico ecclesie beate Virginis in Sandomiria[1] Cracouiensis diocesis... Vite ac morum honestas... super quibus apud nos... Nicolaus Geraldi de Radom[2] presbyter Cracouiensis diocesis... commendatur... nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Cum... capella sine cura sancti Petri

121. [4] *Ignotus.* [5] *Stopnica opp. in terra Wislicensi tunc Cracoviensis nunc vero Kielcensis diocesis. Simon filius Petri de Stopnica canonicus Cracoviensis aa. 1397, 1416, custos Poznaniensis aa. 1400, 1415 deprehenditur (Kod. kat. krak. II 211, 245, 407, 409 nr 417, 444, 563, 564).* [6] *Vid. supra p. 68 Nr 78 adn. 1.*

122. [1] *Tres summae dignitates huius ecclesiae collegiatae.* [2] *De civitate Radom nunc in diocesi Sandomiriensi.*

prebenda nuncupata prope Radom[3] dicte diocesis, quam quondam Nicolaus dictus Scroffa[4] ipsius capelle rector dum viveret obtinebat, per ipsius Nicolai dicti Scroffa obitum, qui extra Romanam curiam decessit, vacet ad presens et tanto tempore vacaverit, quod eius collacio iuxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem apostolicam est legitime devoluta, nos volentes dicto Nicolao Geraldi... graciam facere specialem, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos... capellam predictam, cuius fructus... quadraginta florenorum auri secundum communem extimacionem valorem annuum, ut ipse Nicolaus Geraldi asserit, non excedunt... eidem Nicolao Geraldi de Radom... conferre et assignare curetis... Non obstantibus... aut quod nuper eidem Nicolao Geraldi ut asserit de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura vacante vel vacaturo ad collacionem... episcopi predicti et... capituli Cracouiensis... pertinente per nostras litteras graciose mandavimus provideri... Datum Rome apud S. Petrum, nono Kalendas iulii, anno primo.

123.

Reate, 29 iunii 1390.

Bonifacius IX Nicolao Fabri beneficium ecclesiasticum ad collationem praelatorum, capituli, canonicorum et personarum ecclesiae S. Pauli Wormatiensis pertinens reservat; cuius quidem reservationis executionem episcopo Plocensi et decanis S. Andreae et S. Ciriaci Wormatiae mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 42 f. 249—249' (CCXLVIIII—CCXLVIIII'), series De beneficiis vacaturis anno septimo. *In fine litterarum* Pro Deo. N. de Benevento.

Bonifacius... Nicolao Fabri subdiacono Wormaciensis diocesis[1]... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura... ad collationem... prepositi, decani, scolastici, cantoris, thesaurarii et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie sancti Pauli Wormaciensis eciam racione dignitatum, personatuum vel officiorum, que in eadem ecclesia obtinent, communiter vel divisim pertinens, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... Datum Reate[a], tercio Kalendas iunii, anno primo.

Simili modo... episcopo Plocensi[2] et... sancti Andree ac sancti Ciriaci Nuhusensis extra muros Wormacienses ecclesiarum decanis >< Datum ut supra.

124.

Reate, 29 iunii 1390.

Bonifacius IX Jacobo Petri de Welminicz beneficium ecclesiasticum ad collacionem monasterii Cisterciensis ordinis in Nova Cella Misnensis diocesis

122. [3] *In Antiqua Radom, quae capella nunc non exstat.* [4] *Fortasse polonice Świnka.*

123. [a] Reate *in margine pro cancell.* Rome apud S. Petrum *in Reg. Lat.*

123. [1] *Wormatia, Worms in Hassia in Germania; tunc episcopatus.* [2] *Vid. supra p. 94 Nr 103 adn. 1.*

pertinens reservat; cuius quidem reservationis executionem episcopo Tornacensi, decano ecclesiae S. Crucis Wratislaviae et archidiacono Lubucensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 253—254 (CCLIII—CCLIIII), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. N. de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 194 nr 347.

Bonifacius etc... Jacobo Petri de Welminicz clerico Misnensis diocesis[1]... Vite ac morum honestas... nos inducunt, ut tibi reddamur ad graciam liberales. Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura... ad collacionem... abbatis et conventus monasterii in Nouacella[2] Cisterciensis ordinis Misnensis diocesis... pertinens, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... Datum Reate, tercio Kalendas iulii, anno primo.

Simili modo... episcopo Tornacensi[3] et... decano S. Crucis Wratislauiensis[4] ac archidiacono Lubucensis[5] ecclesiarum >< Datum ut supra.

125.

Reate, 6 iulii 1390.

Marinus tit. S. Mariae Novae diaconus cardinalis, camerarius Summi Pontificis, Antonium Jacobi et Doffum Nepi et socios mercatores Florentinos de certis pecuniarum summis penes eosdem per quondam magistrum Nicolaum de Wratislavia in Romana curia procuratorem depositis quitat.

Arch. Vat., Armar. XXIX T. 1 f. 190—190' (CLXV—CLXV').

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 194 nr 348.

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris in eodem libro Armarii contentis hic supplentur.*

Marinus[1] (...sancte Marie Noue diaconus cardinalis, domini pape camerarius), universitati (vestre notum facimus per presentes), quod discreti viri Antonius Jacobi et Doffus Nepi et socii mercatores Florentini, Romanam curiam sequentes, treginta florenos de Ungaria et sex florenos currentes penes eosdem depositos per quondam magistrum Nicolaum de Wratislavia in Romana curia procuratorem, ad apostolicam cameram vigore apostolice reservacionis spectantes et pertinentes, nobis die date presencium solverunt realiter cum effectu; de quibus treginta florenis de Ungaria et sex florenis currentibus dictos mercatores et eorum heredes tenore presencium quitamus, absolvimus et eciam

124. [1] *Episcopatus Misnensis (Miśnia, Meiszen in Germania) erectus 2. I. 968, suppressus a. 1581, restitutus 24. VI. 1921 (Annuario Pontificio per l'anno 1936 [Città del Vaticano 1936] 200).* [2] *Neuzell in Brandenburgia.* [3] *Vid. supra p. 65 Nr 75 adn. 1.* [4] *Ecclesia collegiata extra muros civitatis.* [5] *Archidiaconus Lubucensis (Lubusz, Lebus) Bernardus aa. 1375—1393 deprehenditur (Wohlbrück S. W., Geschichte des ehemaligen Bisthums Lebus II [Berlin 1829] 43).*

125. [1] *Vid. supra p. 67 Nr 78 adn. 1.*

liberamus. In quorum (testimonium presentes litteras fieri) et sigilli nostri camerariatus officii iussimus impressione muniri. Datum Reate in domibus nostre residencie, millesimo trecentesimo nonagesimo, indiccione tercia decima, die sexta iulii, pontificatus etc. anno primo.

126.

Reate, 11 iulii 1390.

Marinus tit. S. Mariae Novae diaconus cardinalis, camerarius Summi Pontificis, Dobrogostio episcopo Poznaniensi, camerae apostolicae in Polonia collectori, ut cum Nicolao Strosberg praeposito Gneznensi de fructibus villae Skalmierzyce computum faciat, mandat.

Arch. Vat., Armar. XXIX T. 1 f. 192—192' (CLXVII'—CLXVII').

Ed. 1. Kod. dypl. Wielkopolski III 622—627 nr 1902 ex originalibus litteris, quae asservantur in Arch. Capituli metropol. Gneznensis nr 238. — 2. Theiner A., Vet. Mon. Poloniae et Lithuaniae I 763 nr 1013 »ex Reg. orig. Bonif. IX, Divers. cameral. f. 167«.

Reg. 1. Korytkowski J. ks., Prałaci i kanonicy katedry metropolit. gnieźnieńskiej IV [Gniezno 1882] 18. — 2. Lewicki A., Index actorum saeculi XV (Mon. medii aevi hist. XI [Kraków 1888] 17 nr 137 sub falsa data: Reate, 11 iunii 1390.

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris hic supplentur.*

Marinus [1] (miseracione Diuina S. Marie Noue diaconus cardinalis, domini pape camerarius), reverendo in Christo patri domino Dobrogostio [2] episcopo Poznaniensi, fructuum camere apostolice in provincia Gneznensi et nonnullis aliis partibus regni Polonie debitorum collectori salutem in (Domino) et presentibus fidem indubiam adhibere. Nuper nobis venerabilis vir dominus Nicolaus Strosberg [3] prepositus ecclesie Gneznensis exposuit, quod vos et vestri commissarii vigore quarundam litterarum nostrarum nomine camere apostolice quosdam fructus, redditus et proventus ac quamdam villam vocatam Scarmiricz [4] ad dictam suam prepposituram spectantem [a] pluribus annis in deduccionem cuiusdam debiti, videlicet duorum milium florenorum, in quibus ipsa prepositura ex persona quondam Nicolai de Campa [5] remanserat camere apostolice onerata, tenuistis et tenetis et quod sibi per huiusmodi vestram tenutam magnum preiudicium generatur, quominus possessionem totalem eiusdem prepositure posset adipisci; quapropter pro parte ipsius domini Nicolai prepositi fuit nobis humiliter supplicatum, quatenus sibi super premissis de remedio oportuno providere dignaremur. Nos volentes cum eodem domino Nicolao preposito benigne agere in eisdem et providere eciam indempnitati camere antedicte, vobis committimus et mandamus, quatenus presentibus receptis per vos vel alium

126. [a] spectantes *Ed. 2*

126. [1] *Vid. supra p. 67 Nr 78 adn. 1.* [2] *Vid. supra p. 11 Nr 7 adn. 2.* [3] *Nicolaus Strosberg vir doctissimus Romae eruditus, diversis temporibus praepositus Gneznensis, decanus Poznaniensis, canonicus Cracoviensis, Wratislaviensis, Plocensis, Crusviciensis, necnon nuntius apostolicus et collector denarii sancti Petri in Polonia fuit; † a. 1413. Vid. Korytkowski J., o. supra c. 13—19.* [4] *Skarmierzyce vel Skalmierzyce villa cum ecclesia parochiali tunc in archidiaconatu Calissiensi Gneznensis diocesis.* [5] *Kępa villa in parochia Wąsosze prope Konin tunc in Gneznensi nunc vero in Wladislaviensi diocesi.*

seu alios vocatis ad hoc vocandis cum prefato domino Nicolao aut eius legitimo procuratore computum et racionem de omnibus et singulis per vos et dictos vestros commissarios de fructibus dicte prepositure perceptis ponatis et faciatis, et nos[b] ac gentes dicte camere quantocius tam de eo, quod vos aut dictos vestros commissarios de dictis fructibus percepisse constiterit[c], quam eciam de residuo dictorum florenorum videlicet duorum milium, in quo prefatus dominus Nicolaus prepositus obligatus remanserit, certificare per vestras patentes litteras studeatis; notificantes vobis harum serie, quod nos dicto domino Nicolao Strosberg preposito ad solvendum huiusmodi residuum dictorum duorum milium florenorum dilacionem duorum annorum a die adepte possessionis per eum [d]de prepositura predicta[d] vel maioris partis bonorum ipsius concessimus et presentibus sub hoc modo concedimus, quod mediam partem eiusdem residui in fine primi anni et reliquam partem in fine alterius anni proxime sequentis vobis vel alteri in partibus super hoc mandatum habenti solvere tenebitur indilate; pro quibus omnibus et singulis observandis prefatus dominus Nicolaus prepositus se et bona sua mobilia et immobilia et dictam suam preposituram ceteraque sua beneficia dicte camere obligavit. Volumus autem, quod post et contra dictam nostram ordinacionem super premissis prefatum dominum Nicolaum prepositum in possessione dicte sue prepositure vel alicuius partis[e] eiusdem minime perturbetis seu perturbari per quempiam faciatis, sed ipsum dominum Nicolaum dicta sua prepositura et eius possessione cum omnibus et singulis suis fructibus, redditibus et proventibus libere et pacifice tam diu gaudere permittatis, donec a nobis aliud receperitis in mandatis. In quorum testimonium presentes litteras fieri et sigilli nostri camerariatus officii iussimus appensione muniri. Datum Reate sub anno Domini [f]millesimo trecentesimo nonagesimo[f], die undecima mensis iulii, indiccione tercia decima, pontificatus (sanctissimi in Christo patris et domini nostri) domini Bonifacii (Diuina providencia) pape noni anno primo.

127.

Romae, 11 septembris 1390.

Bonifacius IX Johanni de Dülmen causarum palatii apostolici auditori, ut Henricum Johannis de Wieliczka presbyterum Cracoviensis diocesis ad omne ius, quod Nicolao dicto Pleszovita tempore eius obitus in ecclesia parochiali in Igołomia competebat, surroget, mandat.

Arch. Vat., 1. Reg. Lateran. T. 1 f. 225—225' (CLXXVIII—CCLXXVIII'; 267—267'), series (De exhibitis anno primo). In margine sinistro ad init. litt. C(ancellaria), *in fine* Jac. XVI de Teramo. — *2. Reg. Lateran. T. 2 f. 168'—169 (CLXVIII'—CLXVIIII), series* De beneficiis vacantibus anno primo.

Bonifacius etc. dilecto filio magistro Johanni de Dulmen[1] capellano nostro et auditori causarum palacii apostolici salutem etc. Vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius Henricus Johannis

---

126. [b] vos *Ed. 2* [c] constitit *Ed. 2* [d—d] prepositure predicte *Ed. 2* [e] post *Armar.* [f—f] MCCCLXXXX *Ed. 2*

127. [1] *Vid. supra p. 88 Nr 99 adn. 1.*

de Weliczka[2] presbyter Cracouiensis diocesis fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Henrici peticio continebat, quod orta dudum inter ipsum et quondam Nicolaum dictum Plesschouita[a 3] presbyterum super parrochiali ecclesia in Igolomia[4] dicte diocesis, quam tunc vacantem per obitum quondam Wenczeslai ultimi rectoris eiusdem ecclesie, extra Romanam ecclesiam defuncti, Henricus se vigore quarundam litterarum apostolicarum graciose sibi concessarum, prout ex earum forma poterat, infra tempus legitimum acceptasse et de illa sibi provisum fuisse canonice dictumque Nicolaum se gracie, acceptacioni et provisioni predictis contra iusticiam opposuisse ac impedisse et fecisse, quominus gracia, acceptacio et provisio predicte debitum sortirentur effectum ipsumque Nicolaum dictam ecclesiam occupasse ac detinuisse indebite occupatam, Nicolaus vero predicti eandem ecclesiam ad se de iure spectare asserebant, prout ipse Henricus adhuc asserit. Materia questionis et causa huiusmodi ad Sedem apostolicam legitime introducta felicis recordacionis Urbanus papa VI predecessor noster causam huiusmodi quondam Johanni de Chambris[5] cappellano Sedis predicte et auditori causarum palacii apostolici ad instanciam Henrici predicti audiendam commisit et fine debito terminandam, qui in ipsa causa procedens diffinitivam, per quam eandem ecclesiam Nicolao adiudicavit et super ea Henrico predictis perpetuum silencium imposuit, sentenciam promulgavit, a qua pro parte dicti Henrici fuit ad Sedem apostolicam appellatum. Et subsequenter eodem predecessore, sicut Domino placuit, sublato de medio nos Diuina favente clemencia ad apicem summi apostolatus assumpti causam appellacionis huiusmodi tibi audiendam commisimus et fine debito terminandam, tuque in causa huiusmodi inter partes ipsas ad nonnullos actus processisse diceres. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, lite huiusmodi sic coram te indecissa pendente, idem Nicolaus, adhuc in possessione predicte ecclesie existens, apud Sedem ipsam extiterit vita functus, nos statum cause huiusmodi habentes[b] presentibus pro expresso et[c] ipsi Henrico, ne sibi in causa huiusmodi novus adversarius surrogetur, providere sibique premissorum meritorum suorum intuitu graciam specialem facere volentes, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus prefatum Henricum, dummodo ipse in eadem ecclesia non fuerit intrusus, in omni iure et ad omne ius, si quod eidem Nicolao tempore sui obitus in dicta ecclesia, cuius fructus, redditus et proventus viginti duarum marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum, ut ipse Henricus asserit, non excedunt, seu ad eam quomodolibet competebat aut competere poterat, auctoritate nostra surroges dictumque ius sibi conferas et provideas eciam de illo ipsumque Henricum ad huiusmodi ius et eius persecucionem et defensionem in eo statu, in quo ipse Nicolaus tempore obitus sui predicti existebat et, si viveret, posset et deberet admitti et ad huiusmodi possessionem, in qua eciam idem Nicolaus erat ut premittitur, admittas et admitti facias ut est moris, contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo; non obstante, si venerabili fratri nostro episcopo Cracouiensi vel quibusvis aliis communiter vel divisim a predicta Sede sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non pos-

127. [a] Plessouita *Cop. 2* [b] habentibus pro *inepte Cop. 1* [c] et *deest in Cop. 1*

127. [2] *Wieliczka oppidum prope Cracoviam salis fodinis praeclarum. Henricus rector ecclesiae in Igołomia 11. V. 1403 deprehenditur (Kod. kat. krak. II 284—5 nr 475).* [3] *Pleszow villa parochialis prope Cracoviam.* [4] *Igołomia villa parochialis tunc Cracoviensis nunc Kielcensis diocesis. Wenceslaus rector ecclesiae ignotus.* [5] *Johannes de Cambris »quondam causarum sacri palatii auditor« a. 1391 (Cerchiari E., Sacra Romana Rota II 38).*

sint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Nos enim exnunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Rome apud Petrum, tercio[d] idus septembris, pontificatus nostri anno primo.

128.

Romae, 13 septembris 1390.

Bonifacius IX Swentoslao Johannis de Zagórzyce beneficium in ecclesia cathedrali Cracoviensi reservat; cuius quidem reservationis executionem episcopo Tudensi, praeposito ecclesiae S. Mariae Wislicensis et officiali Cracoviensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 14—15 (XIIII—XV), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In fine litterarum* Pro Deo. N. de Benevento.

Bonifacius etc... Swentoslao Johannis de Zagorzicze[1] clerico Cracouiensis diocesis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere specialem beneficium ecclesiasticum cum cura vel sive cura, cuius fructus, si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Cracouiensis et... prepositi singulorumque canonicorum ecclesie Cracouiensis... pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, idibus septembris, anno primo.

Simili modo... episcopo Tudensi[2] et... preposito ecclesie sancte Marie Wisliciensis[3] Cracouiensis diocesis ac officiali Cracouiensi[4] >< Datum ut supra.

129.

Romae, 16 septembris 1390.

Bonifacius IX officiali Poznaniensi, ut canonicatum et praebendam ecclesiae Poznaniensis, post promotionem b. m. Nicolai canonici Poznaniensis in episcopum Poznaniensem vacantes et dispositioni Summi Pontificis reservatos, Johanni de Wszołów rectori parochialis ecclesiae in Solec Poznaniensis diocesis conferat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 7 f. 251—252' (CCLXVII—CCLXVIII'), series De prebendis vacantibus anno primo. *In fine litterarum* N. XXIII de Benevento.

Bonifacius etc.... officiali Poznaniensi[1] salutem etc. Dignum arbitramur etc. Dudum siquidem Gregorius papa (XI)[a][2] predecessor noster omnes canonicatus et prebendas ce-

127. [d] III *Cop. 2*

128. [1] *Zagórzyce in parochia Więcławice nunc in diocesi Kielcensi; cuius heres circa a. 1450 Sigismundus Zagórski erat (Długosz J., Liber beneficiorum II 49).* [2] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [3] *Vid. supra p. 78 Nr 88 adn. 5.* [4] *Navogius de Teczyn aa. 1383—1391 (Kod. kat. krak. II 576 in indice).*

129. [a] VI *cancell. in Reg. Lat.*

129. [1] *Vid. supra p. 37 Nr 35 adn. 1.* [2] *Gregorius XI 5. I. 1371 — † 27. III. 1378.*

teraque beneficia ecclesiastica tunc apud Sedem apostolicam vacancia et inantea vacatura collacioni et disposicioni sue reservans decrevit extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Et deinde canonicatu et prebenda ecclesie Poznaniensis ex eo apud eandem Sedem vacantibus, quod idem predecessor de persona bone memorie Nicolai episcopi Poznaniensis[3], tunc dictos canonicatum et prebendam obtinentis, eidem ecclesie tunc vacanti apostolica auctoritate providit preficiendo eum dicte ecclesie in episcopum et pastorem sibique apud Sedem ipsam fecit munus consecracionis impendi. Eodemque predecessore per eum de dictis canonicatu et prebenda non disposito, sicut Domino placuit sublato de medio, pie memorie Urbanus papa VI eiusdem Gregorii predecessoris immediatus successor, eciam predecessor noster, ad apicem summi apostolatus assumptus, cum a nonnullis revocaretur in dubium, an post eiusdem Gregorii predecessoris obitum aliquis preter Romanum pontificem de canonicatibus et prebendis aut aliis beneficiis ecclesiasticis per ipsum Gregorium predecessorem disposicioni sue reservatis et ipsius Gregorii predecessoris obitus tempore vacantibus disponere potuisset sive posset, ad huiusmodi ambiguitatis dubium tollendum per suas declaravit litteras: canonicatus et prebendas ac beneficia huiusmodi, que tempore obitus dicti Gregorii predecessoris sic reservata vacabant, remansisse et remanere per huiusmodi reservacionem et decretum affecta nulumque de illis preter Romanum pontificem ea vice potuisse vel posse disponere quoquomodo ac decrevit irritum et inane, quicquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan erat tunc vel contingeret imposterum attemptari. Cum itaque canonicatus et prebenda predicti, de quibus eciam idem Urbanus predecessor minime disposuit, adhuc ut prefertur vacare noscantur nullusque de illis preter Romanum pontificem hac vice disponere potuerit sive possit reservacione et declaracione et decretis obsistentibus supradictis, nos volentes dilectum filium Johannem de Scholowo[4] rectorem parrochialis ecclesie in Solecz[5] Poznaniensis diocesis apud nos... multipliciter commendatum... favore prosequi gracioso, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus si post diligentem examinacionem dictum Johannem, qui presbyter est, ad hoc ydoneum esse reppereris... dictos canonicatum et prebendam, quorum fructus... sex marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum, ut ipse Johannes asserit, non excedunt, sic vacantes... eidem Johanni auctoritate nostra conferre et assignare procures... Non obstantibus... seu quod idem Johannes, ut asserit, dictam parrochialem ecclesiam et quandam perpetuam vicariam in dicta ecclesia Poznaniensi, cuius quidem parrochialis ecclesie fructus... decem marcharum argenti puri secundum extimacionem predictam valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere. Volumus autem, quod idem Johannes, quamprimum vigore presencium dictos canonicatum et prebendam fuerit pacifice assecutus, vicariam predictam, quam ut prefertur obtinet, quamque extunc vacare decernimus, omnino, prout ad id se sponte obtulit, dimittere teneatur... Datum Rome apud S. Petrum, decimo sexto Kalendas octobris, anno primo.

129. [3] *Nicolaus (Kórnik) decretorum doctor canonicus Poznaniensis, episcopus Poznaniensis aa. 1375— † 1382.* [4] *Wszołów nunc in parochia Gołuchów in decanatu Pleszeviensi Gneznensis diocesis.* [5] *Solec Biskupi villa parochialis ad fluvium Wartam prope Nowe Miasto sita, tum episcoporum Poznaniensium propria.*

130.

Romae, 19 septembris 1390.

Bonifacius IX iudicibus, ut Petro de Gliwice parochialem ecclesiam in Paczków conferant, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 5 f. 76'—77' (LXXVII'—LXXVIII'), series De exhibitis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXII de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 197 nr 352.

Bonifacius etc.... episcopo Tudensi [1] et... abbati monasterii S. Marie extra muros Wratislauienses [2] ac officiali Wratislauiensi [3] ..Vite ac morum honestas aliaque .. merita, super quibus apud nos... Petrus Johannis Zaluelt de Glywicz [4] clericus Wratislauiensis diocesis... commendatur... nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte [a]dicti Petri[a] peticio continebat, quod olim parrochiali ecclesia in Paczkaw [5] dicte diocesis, quam quondam Nicolaus de Olauia [6] ipsius ecclesie rector... obtinebat, per ipsius Nicolai obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacante, idem Petrus vigore litterarum nostrarum, per quas beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad collacionem... episcopi Wratislauiensis et... prepositi, decani, archidiaconi, custodis, scolastici, cantoris et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Wratislauiensis... pertinens, expectabat, dictam ecclesiam sic vacantem et ad collacionem dicti episcopi pertinentem infra tempus debitum acceptavit et de ea sibi provideri fecit, ac possessionem ipsius pacificam assecutus fuit. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, dictus Petrus dubitet acceptacionem et provisionem huiusmodi ex certis causis viribus non subsistere, et sicut accepimus dicta ecclesia adhuc ut prefertur vacare noscatur, nos volentes eidem Petro... graciam facere specialem, discrecioni vestre... mandamus, quatenus vos... dictam ecclesiam, cuius fructus... triginta marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum, ut ipse Petrus asserit, non excedunt... eidem Petro auctoritate nostra conferre et assignare curetis... Non obstantibus... seu quod dudum eidem Petro de beneficio ecclesiastico sine cura ad collacionem... dicti episcopi pertinente, vacante vel vacaturo, graciose concessimus provideri. Volumus autem, quod quamprimum ipse Petrus vigore presencium dictam ecclesiam fuerit pacifice assecutus, predicte littere, per quas eam acceptavit ut prefertur, et processus habiti per easdem et quecunque inde secuta sint cassa et irrita... Datum Rome apud S. Petrum, terciodecimo Kalendas octobris, pontificatus nostri anno primo.

130. [a—a] dicti Petri *in margine loco cancell.* tui *in Reg. Lat.*

130. [1] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [2] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 2.* [3] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.* [4] *Gliwice. Vid. supra p. 27 Nr 22 adn. 1.* [5] *Paczków, Patschkau opp. ad fl. Nissam in archidiaconatu Wratislaviensi situm.* [6] *Nicolaus de Olavia, Ohlau ad Oderam, curiae episcopalis notarius (Neuling Hermann, Schlesiens Kirchorte. II Ausgabe [Breslau 1902] 227).*

131.

Romae, 21 septembris 1390.

Bonifacius IX officiali Cracoviensi, ut archidiaconatum Lanciciensem, quem Nicolaus Penasconis canonicus Gneznensis obtinet, Andreae filio Dzivissii de Remiszewice clerico Gneznensis diocesis reservet, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 7 f. 241—242' (CCLVII—CCLVIII'), series De dignitatibus vacantibus anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXIIII de Benevento.

Bonifacius etc.... officiali Cracouiensi [1] salutem etc. Dignum arbitramur etc. Dudum siquidem... Nicolao Penasconis [2] canonico Gneznensi de dignitate vel personatu in Gneznensi aut in aliqua alia ex collegiatis ecclesiis civitatis vel diocesis Gneznensis vacante vel vacatura per nostras litteras mandavimus provideri, prout in ipsis litteris plenius continetur. Cum itaque propterea archidiaconatus ecclesie Lanciciensis dicte diocesis. quem idem Nicolaus tunc temporis obtinebat, prout adhuc obtinet, quamprimum ipse Nicolaus dignitatem vel personatum huiusmodi vigore dictarum litterarum fuerit pacifice assecutus, vacare speretur, nos volentes ...Andream Dziuissii de Romissouicze [3] clericum dicte diocesis, qui ut asseritur ex utroque parente de nobili genere procreatus existit... consideracione... Raynaldi S. Viti in Macello diaconi cardinalis [4] pro ipso Andrea dilecto familiari suo nobis super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus, si post diligentem examinacionem dictum Andream ...ad obtinendum archidiaconatum predictum, qui curatus est, ydoneum esse reppereris... archidiaconatum predictum, qui dignitas non tamen principalis in ipsa ecclesia Lanciciensi existit et ad quem quis per eleccionem non assumitur, cuiusque fructus... sexdecim marcharum argenti... valorem annuum ut asseritur non excedunt, cum ipsum premisso vel alio quovis modo, preterquam per ipsius Nicolai obitum, vacare contigerit, conferendum eidem Andree cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni tue auctoritate nostra reserves, districcius inhibendo... archiepiscopo Gneznensi et... capitulo ipsius ecclesie Lanciciensis ac illi vel illis, ad quem vel ad quos in eadem ecclesia Lanciciensi dignitatum, personatuum vel officiorum collacio... pertinet, ne de dicto archidiaconatu contra reservacionem huiusmodi disponere quoquomodo presumant... Non obstantibus... seu quod idem Andreas ut asseritur beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad collacionem... dicti archiepiscopi pertinens auctoritate quarundam aliarum litterarum nostrarum noscitur expectare. Volumus autem, quod, quamprimum ipse Andreas vigore presencium predictum archidiaconatum fuerit pacifice assecutus, prefate littere, per quas huiusmodi beneficium ut prefertur expectat, et processus habiti per easdem et quecunque inde secuta, quoad curatum beneficium dumtaxat, sint cassa et irrita... Datum Rome apud S. Petrum, undecimo Kalendas octobris, anno primo.

131. [1] *Vid. supra p. 33 Nr 29 adn. 1.* [2] *Vid. supra p. 34—35 Nr 30, 31 adn. 1. Idem Nicolaus Pieniążek collector fructuum camerae apostolicae in regno Poloniae erat (Korytkowski J. ks., Prałaci i kanonicy gnieźnieńscy III 204).* [3] *Andreas filius Dionysii, polonice Dziwisza, de Romiszowice nunc Remiszewice in par. Czarnocin diocesis tum Gneznensis postea Wladislaviensis hodie Łodzensis.* [4] *Vid. supra p. 68 Nr 78 adn. 4.*

132.

Romae, 2 octobris 1390.

Bonifacius IX officiali Poznaniensi, ut Zawissio Poragi de Dobrosołowo de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Gneznensi provideat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 3 f. 72—72' (LXXII—LXXII'), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XX de Teramo.

Bonifacius etc... officiali Poznaniensi [1]... Dignum arbitramur etc. Volentes igitur... Zauissium Poragy de Dobrossulowo [2] clericum Gneznensis diocesis, qui ut asserit ex utroque parente de nobili genere procreatus existit, apud nos de nobilitate generis, vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gracioso, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si post diligentem examinacionem eundem Zauissium ad hoc ydoneum esse reppereris... eidem Zauissio de canonicatu ecclesie Gneznensis... provideas... prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam eidem Zauissio... donacioni tue... reserves... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, sexto nonas octobris, anno primo.

133.

Romae, 3 octobris 1390.

Bonifacius IX Gregorium de Buczków in suum et apostolicae Sedis capellanum recipit.

Arch. Vat., 1. Reg. Vat. T. 312 f. CCXXXIII. In fine litterarum ex parte sinistra X. S. de Aquila. N. de Piperno, *ex dextra* Pro S. de Aquila M. de Cherubinis. — *2. Armar. XXXI T. 36 f. 381' (371').*

Bonifacius etc. dilecto filio Gregorio de Buczkow [1] ordinis fratrum Predicatorum professori, capellano nostro, salutem etc. Virtutibus clarens etc. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, V nonas octobris, pontificatus nostri anno primo.

134.

Romae, 4 octobris 1390.

Bonifacius IX Stephano tit. S. Marcelli presbytero cardinali de praepositura ecclesiae collegiatae Scarbimiriensis providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Spoletano et praeposito ac scholastico ecclesiae Cracoviensis mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 2161 A f. 104—105 (LXXVIII—LXXIX; 106—107), series: De litteris dominorum cardinalium anno primo. In fine litterarum Pro domino cardinali. Jac. de Teramo.

---

132. [1] *Vid. supra p. 37 Nr 35 adn. 1.* [2] *Dobrosołowo villa parochialis in decanatu Słupcensi tunc in Gneznensi nunc in Wladislaviensi diocesi sita.*

133. [1] *Buczków; huius nominis villae duae hodie existunt, una prope opp. Bochnia in par. Okulice Cracoviensis diocesis, alia vero in terra Miechoviensi nunc Kielcensis diocesis; vel Buczkowo in par. Gniewkowo Gneznensis diocesis.*

Bonifacius... Stephano[1] tituli S. Marcelli presbytero cardinali... Apostolice Sedis circumspecta benignitas... Cum itaque nuper tu per te ipsum decanatum Cracouiensis et... Nawogius Andree[2] per... Petrum Strelicz[3] canonicum Cracouiensem, procuratorem suum... prepositturam Scarbimiriensis[4] Cracouiensis diocesis ecclesiarum, quos tunc temporis obtinebatis, desiderantes illos... invicem permutare in manibus... Francisci episcopi Penestrini[5], S. Romane ecclesie vicecancellarii ex causa permutacionis huiusmodi apud Sedem apostolicam duxeritis libere resignandos, idemque episcopus de speciali mandato nostro, super hoc vive vocis oraculo sibi facto, resignacionem huiusmodi apud Sedem admiserit antedictam, nos... prepositturam predictam, que dignitas curata et principalis in eadem Scarbimiriensi ecclesia existit, cuiusque fructus... centum marcharum argenti... valorem annuum ut asseritur non excedunt, eciam si ad ipsam prepositturam consueverit quis per eleccionem assumi... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa eciam providemus... Non obstantibus... Nos enim tecum, ut prepositturam predictam recipere et una cum ecclesia S. Marcelli de Urbe, que titulus tui cardinalatus existit, necnon prioratibus, dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus et prebendis, ecclesiis aliisque beneficiis ecclesiasticis... que obtines et expectas... retinere libere et licite valeas... motu proprio... tenore presencium dispensamus... Nostre tamen intencionis existit, quod nullum ius tibi in dicta prepositura ex collacione nostra huiusmodi quomodolibet acquiratur, nisi tu et dictus Nowogius tempore resignacionum huiusmodi ius haberetis in prepositura ac decanatu predictis, per vos taliter resignatis... Datum Rome apud S. Petrum, IIII nonas octobris, pontificatus nostri anno primo.

Simili modo venerabili fratri.. episcopo Spoletano[6] et dilectis filiis.. preposito[7] ac.. scolastico[8] ecclesie Cracouiensis >< Datum ut supra.

135.

Romae, 21 octobris 1390.

Bonifacius IX iudicibus, ut Naczconi Przeczslai de Głoskowice canonicatum et praebendam ecclesiae S. Mariae in Uniejów Gneznensis diocesis conferant, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 8 f. 136—137 (135—136) series De prebendis vacantibus (anno primo). *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XX de Benevento.

Bonifacius etc. venerabili fratri.. episcopo Segobiensi[1] et dilectis filiis scolastico Lubucensi[2] ac Alberto de Belawi[3] canonico Gneznensi... Vite ac morum honestas...

134. [1] *Vid. supra p. 11 Nr 7 adn. 1.* [2] *Vid. supra p. 33 Nr 29 adn. 1.* [3] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 3.* [4] *Skalmierz opp. ad fl. Nidzicam intra fines terrarum Cracoviensis et Sandomiriensis, tunc in Cracoviensi nunc in Kielcensi diocesi.* [5] *Vid. supra p. 84 Nr 95 adn. 5.* [6] *Ferdinandus patriarcha Jerosolimitanus, administrator ecclesiae Spoletanae (Spoleto in Italia) ab a. 1379; revocata hac administratione Laurentius episcopus Eugubinus obligavit se personaliter 29. XI. 1390 Romae pro se et praedecessore Ferdinando (Eubel, Hier. cath. I² 461).* [7] *Vid. supra p. 87 Nr 98 adn. 1.* [8] *Dobeslaus, Dobiesław alias Dobko scholasticus Cracoviensis aa. 1386, 1389 deprehenditur (Kod. kat. krak. II 116, 134, nr 336, 355).*

135. [1] *Vid. supra p. 55 Nr 60 adn. 2.* [2] *Paulus Gosso canonicus Gneznensis, scholasticus Lubucensis 22. X. 1394 deprehenditur (Kod. WP. III 675 nr 1953).* [3] *Vid. supra p. 80 Nr 90 adn. 2.*

super quibus... apud nos dilectus filius Naczco Preczslai de Gloscowicze[4] canonicus Gneznensis fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Cum itaque sicut accepimus canonicatus et prebenda sancte Marie Vneouiensis[5] Gneznensis diocesis, quos quondam Mracotha de Vola[6]... obtinebat, per ipsius Mracothe obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverint et vacare noscantur ad presens, nos volentes dictum Naczconem, qui ut asserit scolaris in iure canonico in Romana curia existit... favore prosequi gracioso, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos... eosdem canonicatum et prebendam, quorum fructus... decem marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum ut ipse Naczco asserit non excedunt... eidem Naczconi auctoritate nostra conferre et assignare curetis... Non obstantibus... seu quod idem Naczco ut asserit canonicatus sub expectacionibus prebendarum Gneznensis et Poznaniensis ac Cracouiensis ecclesiarum auctoritate litterarum nostrarum, necnon vicecustodiam et altare sancti Johannis Baptiste situm ac quandam perpetuam vicariam in ecclesia Gneznensi predicta, super qua vicaria in partibus litigat, quarum quidem vicecustodie, altaris et vicarie fructus... viginti marcharum argenti puri secundum extimacionem predictam valorem annuum non excedunt, obtinet, et que alias se obtulit dimissurum ac dimittere tenetur, cum vigore litterarum predictarum canonicatum et prebendam ecclesie Gneznensis predicte foret pacifice assecutus. Datum Rome apud S. Petrum, duodecimo Kalendas novembris, anno primo.

136.

Romae, 23 octobris 1390.

Bonifacius IX Johanni Ysneri de perpetua capellania mansionaria nuncupata, in capella B. Mariae Virginis iuxta ecclesiam Wratislaviensem sita, providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Perusino et Pragensi ac Wratislaviensi officialibus mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 267—268 (CCLXVII—CCLXVIII), series De beneficiis vacantibus anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XIII, XVI de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Boh. Vat. V 204—205 nr 364.

Bonifacius etc... Johanni Ysneri[1] perpetuo capellano in capella beate Marie Virginis sita iuxta ecclesiam Wratislauiensem, magistro in artibus... Litterarum sciencia, vite ac morum honestas... Cum itaque sicut accepimus olim in fundacione perpetue capellanie mansionarie nuncupate in capella beate Marie Virginis sita iuxta ecclesiam

---

135. [4] *Głoskowice nunc Głosków in par. Jazgarzew tunc Poznaniensis nunc Warsaviensis diocesis. Naczeslaus, Naczesław vel Naczko de Głoszkowice canonicus Gneznensis 16. VIII. 1396 (Kod. WP. III 692—694 nr 1971).* [5] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 3.* [6] *Wola in eadem, de qua supra, parochia Jazgarzew; quae quidem villa Wola primitus Mroczkowa, id est Mroczconis, dicta nunc Głoskowa Wola nuncupatur.*

136. [1] *Johannes filius Ysneri Cracovia oriundus post studia Pragae exacta primus professor s. theologiae in Universitate Cracoviensi 1401— † 1410, de quo Morawski K., Historia Uniwersytetu Jagiellońskiego I [Kraków 1900] 63, 85.*

Wratislauiensem canonice statutum fuerit et eciam ordinatum, quod si quis pro tempore obtinens dictam capellaniam aliquod aliud beneficium ecclesiasticum assequeretur, eo ipso dicta capellania vacaret, idemque illam obtinens ipsam dimittere teneretur, dictaque capellania postmodum ex eo vacaverit et vacet ad presens, quod tu eadem capellaniam tunc obtinens scolastriam ecclesie Poznaniensis, tunc vacantem certo modo, auctoritate litterarum felicis recordacionis Urbani pape VI predecessoris nostri tibi collatarum fuisti pacifice assecutus, nos attendentes, quod nullus preter Romanum pontificem hac vice de dicta capellania disponere potuit neque potest pro eo, quod idem predecessor in sui apostolatus primordiis omnia beneficia ecclesiastica quorumcunque, per assecucionem pacificam aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet, per ipsum predecessorem seu eius auctoritate tunc collatorum et inantea conferendorum eisdem, tunc vacancia et imposterum vacatura, collacioni et disposicioni sue reservans decrevit extunc irritum et inane, si secus... contigerit attemptari; dictoque predecessore per eum de dicta capellania non disposito... sublato de medio, nos... per nostras litteras declaravimus omnia beneficia supradicta per eundem predecessorem disposicioni sue reservata et tempore obitus dicti predecessoris vacancia per huiusmodi reservacionem et decretum remansisse et remanere affecta nullumque de illis preter Romanum pontificem ea vice disponere potuisse sive posse quoquo modo ac decrevimus irritum et inane, quidquid in contrarium... attemptatum forsan erat tunc vel contingeret imposterum attemptari. Volentes itaque tibi, qui eciam in sacra theologia ut asseris bacalarius formatus existis... graciam facere specialem, prefatam capellaniam, que sine cura est, et cuius fructus... octo marcharum argenti secundum communem extimacionem valorem annuum ut asseris non excedunt, sic vacantem auctoritate tibi apostolica conferimus et de illa eciam providemus... Non obstantibus... seu quod ut asseris scolastriam predictam, cuius fructus... sexdecim marcharum argenti... valorem annuum non excedunt, obtines, et nos dudum tibi de uno cum cura vel sine cura ad... episcopi et... prepositi, decani et capituli Wratislauiensis communiter vel divisim primo, et deinde de alio sine cura ad... archiepiscopi Pragensis et... prepositi, decani et capituli Pragensis ecclesiarum beneficio ecclesiasticis, vacantibus et vacaturis, eciam communiter vel divisim pertinentibus, graciose concessimus provideri. Nos insuper tibi, ut predictam capellaniam libere recipere et ipsam cum scolastria predicta, que dignitas sine cura existat, et quibuscumque aliis beneficiis ecclesiasticis, que alias canonice te assequi contigerit, licite retinere valeas, statuto et ordinacione predictis et quibuscunque aliis contrariis nequaquam obstantibus, tenore presencium concedimus de gracia speciali, proviso, quod capellania et scolastria ac alia beneficia huiusmodi debitis obsequiis non fraudentur et animarum cura, si qua illis imminuerit, nullatenus negligatur... Datum Rome apud S. Petrum, decimo Kalendas novembris, anno primo.

Simili modo... episcopo Perusino[2] et... Pragensi[3] ac Wratislauiensi[4] officialibus >< Datum ut supra.

137.

Romae, 24 octobris 1390.

Augustinus episcopus Perusinus, Bonifacii papae IX thesaurarius, Nicolaum Sump perpetuum vicarium in ecclesia Warmiensi de soluta annata quitat.

136. [2] *Vid. supra p. 86 Nr 97 adn. 2.* [3] *Vid. supra p. 44 Nr 45 adn. 1.* [4] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.*

Arch. Vat., Armar. XXIX T. 1 f. 221' (CXCVII1').

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris in eodem libro Armarii contentis hic supplentur.*

Universis etc. Augustinus[1]... episcopus Perusinus, domini nostri pape thesaurarius, salutem etc. Universitati (vestre notum facimus...), quod discretus vir Nicolaus Sump perpetuus vicarius in ecclesia Warmiensi pro annata seu mediis fructibus primi anni dicte sue vicarie, in quibus (camere apostolice... extitit efficaciter obligatus), octo florenos auri de Camera solidos viginti octo monete Romane nobis per manus Gherike Bruder laici Warmiensis diocesis die date presencium solvi fecit realiter cum effectu; de quibus (dictum Nicolaum... quitamus). Ipsumque etc. Secum etc. In quorum etc. Datum Rome apud S. Petrum sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, indiccione tercia decima, die vicesima quarta mensis octobris, pontificatus etc. anno primo.

138.

Romae, 2 novembris 1390.

Bonifacius IX Johanni Salmut de canonicatu sub expectacione praebendae in ecclesia Lubucensi providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Segobiensi, praeposito ecclesiae Lithomericensis Pragensis diocesis et officiali Wratislaviensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 8 f. 79—80 (CV—CVI), series De prebendis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. N. de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 207 nr 368.

Bonifacius etc... Johanni Salmut canonico Lubucensi... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Lubucensis... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, quarto nonas novembris, anno primo.

Simili modo... episcopo Segobiensi[1] et .. preposito ecclesie Luthomericensis[2] Pragensis diocesis ac .. officiali Wratislauiensi[3] >< Datum ut supra.

139.

Romae, 2 novembris 1390.

Bonifacius IX officiali Warmiensi, ut Henrico Maul presbytero Warmiensis diocesis beneficium in ecclesia Warmiensi reservet, mandat.

137. [1] *Vid. supra p. 86 Nr 97 adn. 2.*

138. [1] *Vid. supra p. 55 Nr 60 adn. 2.* [2] *De praepositura ecclesiae collegiatae in Litoměřice quidam Jaroslaus a. 1386 in palatio apostolico litigabat; deinde eam usque ad a. 1396 Henricus de Hakeborn possidebat (Crofta C., o. supra c. V 85, 573—5 nr 125, 1038).* [3] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.*

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 4 f. 49'—50' (XLVIIII'—L'), series De beneficiis vacaturis anno primo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXII de Benevento.

Bonifacius etc... officiali Warmiensi[1]... Dignum arbitramur etc. Volentes itaque... Henricum Maul presbyterum Warmiensis diocesis... favore prosequi gracioso, discrecioni vestre... mandamus, quatenus, si per diligentem examinacionem dictum Henricum... ad obtinendum beneficium... ydoneum esse reppereris... beneficium ecclesiasticum, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Warmiensis et... prepositi, decani, thesaurarii et cantoris singulorumque canonicorum ecclesie Warmiensis... pertinens, dummodo canonicatus et prebenda cathedralis ecclesie non existat, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum eidem Henrico... donacioni tue auctoritate nostra reserves... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, quarto nonas novembris, anno primo.

140.

Romae, 2 novembris 1390.

Bonifacius IX Conrado Hokeman presbytero Lubucensi, ut duo altaria sine cura in parochiali ecclesia S. Mariae in Frankfurt Lubucensis diocesis recipere valeat, concedit.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 5 f. 14'—15 (XIIII'—XV), series De diversis formis anno primo. In fine litterarum N. XVI de Benevento.

Bonifacius etc... Conrado Hokeman presbytero Lubucensi... Vite ac morum honestas... Tuis itaque in hac parte supplicacionibus inclinati, tibi, ut duo altaria sine cura in parrochiali ecclesia sancte Marie in Franckenford[1] dicte diocesis, si tibi alias conferantur, consuetudine qua observari dicitur, quod nullus inibi duo altaria simul obtinere valeat et aliis quibuscunque in contrarium facientibus nequaquam obstantibus, recipere et retinere libere et licite valeas, auctoritate apostolica concedimus per presentes. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, quarto nonas novembris, anno primo.

141.

Romae, 3 novembris 1390.

Bonifacius IX Henrico tit. S. Anastasiae presbytero cardinali de decanatu ecclesiae Plocensis providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Puteolano, decano ecclesiae Wladislaviensis et officiali Plocensi mandat.

139. [1] *Vid. supra p. 16 Nr 10 adn. 3.*

140. [1] *Frankfurt civitas ad fl. Oderam sita.*

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 2 f. 246'—247' (CCXLVI'—CCXLVII'), series De litteris dominorum cardinalium. *In fine litterarum* Pro domino cardinali. N. de Benevento.

Reg. Abraham Wł., Sprawozdanie (II) 135.

Bonifacius... Henrico tituli sancte Anastasie presbytero cardinali[1]... Dum exquisitam... Dudum siquidem omnes dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, tunc apud Sedem apostolicam vacancia et inantea vacatura, collacioni et disposicioni nostre reservantes decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum decanatus ecclesie Plocensis, quem bone memorie Franciscus sancti Eustachii diaconus cardinalis[2] ex concessione et dispensacione Sedis apostolice, dum viveret, obtinebat, per ipsius Francisci cardinalis obitum, qui apud eandem Sedem diem clausit extremum, apud Sedem ipsam vacaverit et vacat ad presens nullusque de illo preter nos hac vice disponere potuerit sive possit reservacione et decreto obsistentibus supradictis, nos... decanatum predictum, cuius fructus... centum et sexaginta marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum ut asseritur non excedunt, sic vacantem... motu proprio... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus... Non obstantibus... Nos enim tecum, ut dictum decanatum recipere et unacum ecclesia sancte Anastasie de Urbe, que titulus tui cardinalatus existit, ac prioratibus, dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus et prebendis, ecclesiis et aliis beneficiis ecclesiasticis secularibus et regularibus, cum cura et sine cura, que obtines et expectas et in quibus seu ad que tibi quomodolibet ius competit, quecunque, quotcunque et qualiacunque fuerint, retinere libere et licite valeas... auctoritate predicta... motu simili tenore presencium dispensamus, proviso, quod decanatus, prioratus, dignitates, personatus, officia, canonicatus et prebende ecclesiastice ac alia beneficia supradicta debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur. Nulli ergo etc. nostre collacionis, provisionis, constitucionis, voluntatis et dispensacionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, tercio nonas novembris, anno primo.

Simili modo... episcopo Puteolano[3] et... decano ecclesie Wladislauiensis[4] ac officiali Plocensi[5] >< Datum ut supra.

142.

Romae, 9 novembris 1390.

Bonifacius IX Mathiae filio Gregorii de canonicatu et praebenda ecclesiae Scarbimiriensis providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Tudensi, praeposito ecclesiae S. Floriani extra muros Cracovienses et custodi Cracoviensi mandat.

141. [1] *Henricus de Minutullis archiepiscopus Neapolitanus, cardinalis presbyter tit. S. Anastasiae 18. XII. 1389, cardinalis episcopus Tusculanus a. 1405, cardinalis episcopus Sabinensis a. 1409, vulgo Neapolitanus dictus, † 17. VI. 1412 (Eubel, Hier. cath. I² 25, 39). Vid. supra p. 73 Nr 84 adn. 2.* [2] *Vid. supra p. 66 Nr 76 adn. 1.* [3] *Episcopus Puteolanus (Pozzuoli in Italia) Franciscus Cecchus a. 1389 ab Urbano VI vel Bonifacio IX provisus est. (Eubel C., Hier. cath. I² 409).* [4] *Vid. supra p. 104 Nr 114 adn. 3.* [5] *Vid. supra p. 42 Nr 42 adn. 7.*

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 16 f. 80—81 (LXXX—LXXXI), series De prebendis vacantibus anno secundo. *In fine litterarum* Pro Deo. N. de Benevento.

Bonifacius... Mathie Gregorii[a] canonico ecclesie Scarbimiriensis[1] Cracouiensis diocesis... Vite ac morum honestas... Dudum siquidem... Urbanus papa VI... omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica, que promovendi per eum ad quarumcunque ecclesiarum cathedralium regimina tempore promocionis huiusmodi obtinerent, extunc et inantea vacatura collacioni et disposicioni sue reservans decrevit extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Et deinde canonicatu et prebenda ecclesie Scarbimiriensis Cracouiensis diocesis, quos... Johannes episcopus Cracouiensis[2] tempore promocionis per dictum predecessorem facte de ipso ad ecclesiam Cracouiensem tunc vacantem obtinebat, per huiusmodi promocionem et munus consecracionis prefato episcopo de mandato dicti predecessoris extra Romanam curiam eodem predecessore vivente impensum vacantibus, predictoque predecessore per eum de dictis canonicatu et prebenda non disposito... de medio sublato... nos volentes tibi... graciam facere specialem, canonicatum et prebendam prefatos, quorum fructus... octo marcharum argenti... valorem annuum ut asseris non excedunt, sic vacantes... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus... Non obstantibus... aut quod nuper tibi de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo, ad collacionem, provisionem, presentacionem vel quamvis aliam disposicionem predicti episcopi ac... prepositi, decani, scolastici, cantoris, custodis et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Cracouiensis communiter vel divisim pertinente, per alias nostras litteras graciose mandavimus provideri... Datum Romae apud S. Petrum, quinto idus novembris, pontificatus nostri anno secundo.

Simili modo... episcopo Tudensi[3] et... preposito S. Floriani extra muros Cracouienses[4] ac custodi Cracouiensis ecclesiarum[5] >< Datum ut supra.

143.

Romae, 9 novembris 1390.

Bonifacius IX Ottoni de Milcz de canonicatu ecclesiae Moguntinae sub expectacione dignitatis, personatus seu officii in diocesi Moguntina providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Tudensi et Brixinensi ac S. Stephani Bambergensis ecclesiarum praepositis mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 16 f. 150—151' (CL—CLI') series De prebendis et dignitatibus vacaturis anno secundo. *In margine dextro ad init. litt.* Cancellate, quia alibi anno primo propter date correccionem in libro XXVII° de prebendis et dignitatibus vacaturis folio XXI° aliter registrate sunt, *in fine* N. XIIII, XVI de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 207—8 nr 370.

142. [a] Gregori *Reg. Lat.*

142. [1] *Vid. supra p. 124 Nr 134 adn. 4.* [2] *Johannes dictus Radlica episcopus Cracoviensis 1382 — † 12. I. 1391.* [3] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [4] *Vid. supra p. 3 Nr 1 adn. 6.* [5] *Vid. supra p. 87 Nr 98 adn. 3.*

Adn. Quarum tamen litterarum copia posterior in Registris Archivi Vaticani non invenitur.

Bonifacius etc.... Ottoni de Milcz[1] canonico Maguntino[2]... Nobilitas generis, vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... qui diaconus et ut asseris ex utroque parente de militari genere procreatus existis... graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Maguntine... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero ipsius ecclesie necnon dignitatem vel personatum seu officium cum cura vel sine cura in eadem vel in aliqua ex collegiatis ecclesiis civitatis et diocesis Maguntinarum... conferendas vel conferendos seu conferenda tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... aut quod ut asseris parrochialem ecclesiam in Bettingen Herbipolensis[3] diocesis et Herbipolensis cum certis oblegiis ac Bambergensis[4] cum prebendis canonicatus obtines et nos hodie tibi de Eystetensis[5] et Wratislauiensis canonicatibus sub expectacionibus prebendarum ac dignitatis vel personatus seu officii cum cura vel sine cura eiusdem Wratislauiensis ecclesiarum graciose concessimus provideri. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presencium dignitatem vel personatum seu officium fueris pacifice assecutus, parrochialem ecclesiam predictam, quam ut prefertur obtines et quam extunc vacare decernimus, omnino, prout ad id eciam te sponte obtulisti, dimittere tenearis et eciam predictam concessionis graciam tibi in dicta ecclesia Wratislauiensi ut premittitur factam et quecumque inde secuta exnunc cassamus... Datum Rome apud S. Petrum, quinto idus novembris, anno secundo[a].

Simili modo... episcopo Tudensi[6] et... Brixinensi[7] et S. Stephani Bambergensis ecclesiarum prepositis >< Datum ut supra.

144.

Romae, 10 novembris 1390.

Bonifacius IX episcopo Lubucensi, ut aequalitatem praebendarum in ecclesia Wratislaviensi instituat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 12 f. 27'—28' (LI'—LII'), series De exhibitis anno secundo. *In fine litterarum* N. XXX de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 209—210 nr 372.

Reg. Bibl. Vat., Cod. Vat. 6952 f. 105 »ex libro de exhibitis, de diversis formis, de anno iubileo etc. anno secundo«. *In margine sinistro* Super aequalitate praebendarum, *in dextro* Wratislauien., *in fine* fol. 52.

Bonifacius etc. venerabili fratri Johanni episcopo Lubucensi[1] salutem etc. Ad ea, que honorem et commodum ecclesiarum ecclesiasticarumque personarum ac Diuini cultus

143. [a] *pro cancell.* primo *in Reg. Lat.* secundo *in margine cum nota* Correctum de mandato. N. de Benevento; *sed etiam haec nota est cancellata.*

143. [1] *Milicz castrum et civitas ad fluvium Barycz in terra Wratislaviensi aut Milicz villa parochialis prope Koźle in archidiaconatu Opoliensi vel fortasse Milz in ducatu Sachsen-Meiningen sita.* [2] *Moguncja, Mainz in Germania, sedes archiepiscopi ab a. 747, episcopi ab a. 1801.* [3] *Würzburg in Bavaria, sedes episcopi ab a. 741.* [4] *Bamberg, sedes episcopi ab a. 1006, archiepiscopi a 1. IV. 1818.* [5] *Eistett, Eichstädt ad fl. Altmühl, sedes episcopi ab a. 745.* [6] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [7] *Vid. supra p. 19 Nr 14 adn. 3.*

144. [1] *Johannes de Kietlicz, Kittlitz, episcopus Lubucensis aa. 1382—1392, ad eccle-*

augmentum conspiciunt, libenter intendimus et ut effectum debitum sorciantur, apponimus diligencie nostre partes. Sane peticio pro parte venerabilis fratris nostri Wenceslai episcopi[2] et dilectorum filiorum capituli Wratislauiensium nobis nuper exhibita continebat, quod in ecclesia Wratislauiensi prebende canonicales multum inequales existunt, et quod canonici parvi valoris prebendas habentes statum ipsis congruentem de fructibus prebendarum suarum tenere commode non valeant, alii vero canonici magni valoris prebendas habentes non curant in dicta ecclesia residenciam facere personalem, propter quod in ecclesia ipsa cultus Diuinus de die in diem plurimum minuitur. Quare pro parte episcopi et capituli predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut equalitatem prebendarum in dicta ecclesia instituere ipsamque ecclesiam statutis racionalibus reformare et alias super premissis providere de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur, qui Diuini cultus augmentum et personarum ecclesiasticarum commoditatem ferventer appetimus, huiusmodi supplicacionibus inclinati, fraternitati tue, de qua in hiis et aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus ad ecclesiam ipsam personaliter accedens et habens pre oculis solum Deum, consideratis circumstanciis[a] universis et aliis, que circa hoc fuerint attendenda, cum consensu episcopi Wratislauiensis, qui fuerit pro tempore, et dictorum capituli equalitatem prebendarum huiusmodi in dicta ecclesia auctoritate nostra instituas ita, quod cedentibus vel decedentibus canonicis ipsius ecclesie, qui magni valoris prebendas obtinent, seu prebendas ipsas alias quomodolibet dimittentibus tua huiusmodi institucio debitum sorciatur effectum, et nichilominus ecclesiam ipsam statutis et ordinacionibus racionalibus et alias, sicut pro dicti Diuini cultus augmento expedire cognoveris, eadem auctoritate reformes, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscunque constitucionibus apostolicis et statutis et consuetudinibus predicte ecclesie contrariis iuramento, confirmacione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis; aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti vel, ut recipiantur, insistant; seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis in dicta ecclesia speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte Sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, eciam si per eas ad inhibicionem, reservacionem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, per quas quidem litteras et processus earum auctoritate habitos vel habendos institucionem huiusmodi nolumus impediri, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem canonicatuum et prebendarum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari; seu si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem et quibuscunque privilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differi et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo

siam Misnensem translatus obligavit se 2. IV. 1392 sed resignavit a. 1398; † a. 1408 (Eubel C., Hier. cath. I² 313, 345).

144. [a] circumstanciis *omisit Crofta C., l. supra c.*

144. [2] *Wenceslaus dux Silesiae et dominus Legnicensis, episcopus Lubucensis, ab Urbano papa VI ad ecclesiam Wratislaviensem 28. VI. 1382 translatus, resignavit a. 1417; † a. 1420 (Kętrzyński W. Dr, Katalogi biskupów wrocławskich in Mon. Pol. hist. VI [Kraków 1893] 570; Eubel C., l. supra c. 535).*

ad verbum habenda sit in nostris litteris mencio specialis. Nos enim exnunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Rome apud S. Petrum, quarto idus novembris, pontificatus nostri anno secundo.

145.

Romae, 12 novembris 1390.

Bonifacius IX iudicibus, ut Johanni Namslaw canonico Wratislaviensi maiorem praebendam in ecclesia Warmiensi vacantem, quam ipse vigore aliarum litterarum apostolicarum acceptavit, conferant, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 12 f. 263'—264' (CLXXIII'—CLXXIIII'; 287'—288') series De exhibitis anno secundo. *In fine litterarum* N. XX de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 335 nr 587.

Bonifacius etc.... patriarche Gradensi[1] et... decano ecclesie Warmiensis[2] ac... officiali Warmiensi[3] salutem etc. Vite ac morum honestas... super quibus apud nos... Johannes Namslaw[4] canonicus Wratislauiensis fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Johannis peticio continebat, quod olim canonicatu et maiori prebenda ecclesie Warmiensis, in qua maiores et minores prebende existunt, quos quondam Nicolaus Rogittelen[5]... obtinebat, per ipsius Nicolai obitum, qui extra Romanam curiam decessit, vacantibus, idem Johannes vigore quarundam litterarum apostolicarum, per quas canonicatum eiusdem ecclesie obtinens unam ex huiusmodi maioribus prebendis inibi expectabat, maiorem prebendam huiusmodi, sic vacantem, infra tempus legitimum acceptavit et de ea sibi obtinuit provideri. Cum autem... prefatus Johannes dubitet provisionem et acceptacionem predictas ex certis causis viribus non subsistere... nos volentes eidem Johanni... graciam facere specialem, discrecioni vestre mandamus, quatenus... maiorem prebendam predictam, cuius et canonicatus ipsius ecclesie fructus... triginta marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum, ut ipse Johannes asserit, non excedunt... eidem Johanni auctoritate nostra conferre et assignare curetis... Non obstantibus... seu quod idem Johannes, ut asserit, in Wratislauiensi et in Poznaniensi cum prebendis, quorum fructus... quinquaginta marcharum argenti puri secundum extimacionem predictam valorem annuum non excedunt, ac sub expectacione prebende necnon dignitatis, personatus vel officii in Pragensi ecclesiis auctoritate litte-

145. [1] *Vid. supra p. 10 Nr 6 adn. 1.* [2] *Vid. supra p. 110 Nr 118 adn. 2.* [3] *Vid. supra p. 63 Nr 72 adn. 4.* [4] *Vid. supra p. 88 Nr 99 adn. 4. A. 1428 Johannes Namslaw Wratislaviensis et Warmiensis ecclesiarum canonicus et ecclesiae S. Crucis Wratislaviensis scholasticus quandam pecuniarum summam capitulo ecclesiae Culmensis dedit »pro anniversario suo et parentum suorum ac totius genealogiae suae« in ecclesia Culmensi devote peragendo (Woelky C. P. Dr, Urkundenbuch des Bisthums Culm [Danzig 1885] 435—436 nr 545).* [5] *Nicolaus Rogittelen (Rugettel; de Rogetlen, Rogetel, Rogethen, Rogettil, Rogettelen) aa. 1377—1387 canonicus Warmiensis (Woelky C. P. Dr, Cod. dipl. Warmiensis III 23, 41, 52, 102, 120, 252, 326 nr 33, 59, 76, 136, 165, 280, 358).*

rarum nostrarum canonicatus noscitur obtinere. Volumus autem, quod quamprimum idem Johannes vigore presencium canonicatum et prebendam ecclesie Warmiensis predicte fuerit pacifice assecutus, predicte littere, per quas huiusmodi maiorem prebendam acceptavit et de illa sibi provideri fecit... et quecunque inde secuta sint cassa et irrita... Datum Rome apud S. Petrum, secundo idus novembris, anno secundo.

146.

Romae, 14 novembris 1390.

Bonifacius IX iudicibus, ut Alberto filio Milkonis clerico Cracoviensis diocesis canonicatum et praebendam ecclesiae Cracoviensis conferant, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 20 f. 91—92 (XCI—XCII), series De prebendis vacantibus anno secundo.

Adn. Litterae in Reg. Lateran. cancellatae nulla nota adiecta.

Bonifacius etc. venerabilibus fratribus.. archiepiscopo Gneznensi [1] et.. Tudensi [2] ac.. Poznaniensi [3] episcopis salutem etc. Vite ac morum honestas aliaque... merita, super quibus... Albertus Milkonis [4] clericus Cracouiensis diocesis... fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie Cracouiensis, quos quondam Mathias dictus Maczek de Sramowecz [5] ipsius ecclesie canonicus, dum viveret, obtinebat, per ipsius Mathie obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverint et vacent ad presens, nos volentes eidem Alberto... graciam facere specialem, fraternitati vestre... mandamus, quatenus vos... canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus... viginti marcharum argenti... valorem annuum ut asseritur non excedunt, sive premisso sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscunque persona seu per liberam resignacionem Nicolai Ticzkonis [6] apud Sedem apostolicam ex commissione seu mandato nostro sponte factam, aut per obitum quondam Wenceslai Medici [7] extra dictam curiam defuncti vacent... eidem Alberto auctoritate nostra conferre et assignare curetis... Non obstantibus... aut quod quidam Ymislaus [8] eosdem canonicatum et prebendam detinet occupatos... aut quod nos nuper eidem Alberto de uno cum cura vel sine cura ad venerabilis fratris episcopi et dilectorum filiorum ..decani, ..prepositi, ..scolastici, ..cantoris, ..custodis et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Cracouiensis et de alio sine cura beneficiis ecclesiasticis vacantibus vel vacaturis ad... abbatis et conventus monasterii Tyncensis [9] ordinis sancti Benedicti Cracouiensis diocesis collacionem... pertinentibus per alias nostras litteras graciose mandavimus provideri... Datum Rome apud S. Petrum, decimo octavo Kalendas decembris, anno secundo.

146. [1] *Vid. supra p. 97 Nr 104 adn. 3.* [2] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [3] *Vid. supra p. 11 Nr 7 adn. 2.* [4] *Albertus Milkonis ignotus; fortasse idem ac Albertus clericus et familiaris Michaëlis praepositi monasterii Tynciensis a. 1395 (Kod. dypl. kl. Tynieckiego [Lwów 1875] 177 nr 120).* [5] *Sromowice in parochia Maniowy in sinistra fluvii Dunajec ripa, tunc bona monasterii S. Clarae in Vetere Sandecia.* [6] *Ignotus.* [7] *Ignotus.* [8] *Imislaus vel Zmislaus de Proszowice canonicus Cracoviensis 3. II. 1390 et 30. IX. 1393 deprehenditur (Kod. kat. krak. II 144, 181 nr 364, 394).* [9] *Vid. supra p. 29 Nr 24 adn. 5.*

147.

Romae, 17 novembris 1390.

Bonifacius IX praepositi, decani et capituli ecclesiae Pragensis conservatores in decennium instituit.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 13 f. 295₁ (CCLXXII₁), series De conservatoriis anno secundo. *In fine litterarum* Jac. XXX de Teramo.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 210 nr 373.

Adn. Originales litterae asservantur in Archivio capituli ecclesiae Pragensis XVIII 15 (Crofta C., l. supra c.).

Bonifacius venerabilibus fratribus Bambergensi[1] et Wratislauiensi[2] episcopis ac dilecto filio abbati monasterii Scotorum in Wienna[3] Patauiensis diocesis salutem etc. Militanti ecclesie etc. Sane dilectorum filiorum prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis conquestione percepimus, quod nonnulli archiepiscopi, episcopi ceterique ecclesiarum prelati et clerici ac ecclesiastice persone tam religiose quam seculares necnon duces, marchiones, comites, barones, nobiles, milites et laici, communia civitatum, universitates oppidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum et alie singulares persone civitatum et diocesium et aliarum parcium diversarum occuparunt et occupari fecerunt castra, villas et alia loca, terras, domos, possessiones, iura et iurisdicciones necnon fructus, census, redditus et proventus dicte ecclesie et nonnulla alia bona mobilia et immobilia, spiritualia et temporalia ad prepositum, decanum et capitulum ac ecclesiam predictos spectancia et ea detinent indebite occupata etc. Presentibus post decennium minime valituris. Datum Rome apud S. Petrum, decimo quinto Kalendas decembris, anno secundo.

148.

Romae, 22 novembris 1390.

Bonifacius IX Francisco tit. S. Susannae presbytero cardinali de canonicatu et praebenda ecclesiae Wratislaviensis motu proprio providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Tudensi, abbati monasterii S. Mariae in Arena et decano ecclesiae S. Crucis Wratislaviae mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 2161 A. f. 126—126' (C—C'), series De litteris dominorum cardinalium. *In fine litterarum* Pro domino cardinali. N. de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 1313 nr 2235.

Adn. Uncinis inclusa ab editore hic supplentur, quia hic locus aqua litus legi non potest.

Bonifacius etc.... Francisco tit. sancte Susanne presbytero cardinali[1]... Dum exquisitam... Cum itaque sicut accepimus canonicatus et prebenda ecclesie Wratislauiensis, quos quondam (Johannes... ipsius ecclesie) canonicus, dum viveret, obtinebat, per ipsius Johannis obitum, qui apud dictam Sedem diem clausit extremum, apud Sedem ipsam

147. [1] *Lampertus (de Brunn) aa. 1374—1399 (Eubel C., Hier. cath. I² 127).* [2] *Vid. supra p. 132 Nr 144 adn. 2.* [3] *Wien, Vindobona usque ad a. 1468 civitas in diocesi Passaviensi.*

148. [1] *Vid. supra p. 85 Nr 95 adn. 13.*

vacaverint et vacent ad presens... nos... specialem graciam facere volentes, canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus... sexaginta marcharum argenti secundum communem extimacionem valorem annuum ut asseritur non excedunt... motu proprio... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, decimo Kalendas decembris, pontificatus nostri anno secundo.

Simili modo... episcopo Tudensi et... abbati monasterii sancte Marie in Arena ac decano ecclesie sancte Crucis Wratislauiensium >< Datum ut supra.

149.

Romae, 24 novembris 1390.

Bonifacius IX Johanni de Borsnicz de canonicatu et praebenda ecclesiae S. Mariae Glogoviensis providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Tudensi, abbati monasterii S. Mariae in Arena extra Wratislaviam et praeposito Wratislaviensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 19 f. 182—183 (CCCVIII—CCCVIIII) series De prebendis vacantibus anno secundo. *In fine litterarum* Jac. XIII, XV de Teramo.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 213—214 nr 382.

Bonifacius... Johanni de Borsnicz[1] canonico ecclesie sancte Marie Glogouiensis[2] Wratislauiensis diocesis, decretorum doctori... Nobilitas generis, litterarum sciencia, vite ac morum honestas... Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud Sedem apostolicam vacancia et in antea vacatura collacioni et disposicioni nostre reservantes decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie sancte Marie Glogouiensis Wratislauiensis diocesis, quos quondam Johannes de Heryndorff[3], ipsius ecclesie canonicus, dum viveret, obtinebat, per ipsius Johannis obitum, qui apud Sedem predictam diem clausit extremum, apud Sedem ipsam vacaverint et vacent ad presens nullusque de ipsis canonicatu et prebenda preter nos hac vice disponere potuerit neque possit reservacione et decreto obsistentibus supradictis, nos volentes tibi, qui ut asseris ex utroque parente de militari genere procreatus existis et in Romana curia sextum librum decretalium ac in Bononiensi studiis decretum ordinarie legisti et cum rigore examinis in decretis doctoratus fuisti... graciam facere specialem, canonicatum et prebendam predictas, quorum fructus... sexdecim marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum ut asseris non excedunt, sic vacantes... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus... Non obstantibus... seu quod ut asseris in sancte Elisabeth unum et in sancte Marie Magdalene Wratislauiensibus parrochialibus aliud altaria sita obtines, et de quibusdam in Gneznensi tunc certo modo vacantibus fuit (tibi)[a] apostolica auctoritate provisum et super certis in Wratislauiensi ecclesiis canonicatibus et prebendis, quorum omnium fructus... sexaginta marcharum argenti puri se-

149. [a] *ab editore suppletum.*

149. [1] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 4.* [2] *Vid. supra p. 27 Nr 22 adn. 2.* [3] *Herrndorf villa in Silesia sita tunc in ducatu Legnicensi.*

cundum extimacionem predictam valorem annuum non excedunt, in palacio apostolico nosceris litigare, et alias tibi de eiusdem Wratislauiensis ac Pragensis et Olomucensis necnon Poznaniensis atque Wladislauiensis canonicatibus sub expectacionibus prebendarum necnon dignitatis vel personatus seu officii cum cura vel sine cura earundem Wratislauiensis et Pragensis ecclesiarum necnon de beneficio ecclesiastico sine cura, vacante vel vacaturo, spectante ad collacionem... predicti episcopi[b] successive et graciose concessimus provideri... Datum Rome apud S. Petrum, octavo[c] Kalendas decembris, pontificatus nostri anno secundo.

[d]Simili modo[d]: Bonifacius... venerabili fratri episcopo Tudensi[4] et dilectis filiis ..abbati monasterii beate Marie in Arena extra muros Wratislauienses[5] ac.. preposito ecclesie Wratislauiensis[6]... Datum Rome apud S. Petrum, octavo[e] Kalendas decembris, pontificatus nostri anno secundo.

150.

Romae, 27 novembris 1390.

Bonifacius IX Mathiae filio Alberti, dicto Homo, de Kostrzyn beneficium ecclesiasticum ad collationem episcopi, capituli, praelatorum et canonicorum ac personarum ecclesiae Poznaniensis pertinens reservat; cuius quidem reservationis executionem episcopo Tudensi, decano ecclesiae Poznaniensis et officiali Poznaniensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 19 f. 42'—43' (CLXIII'—CLXIIII'), series De beneficiis vacaturis anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. Jac. de Teramo.

Bonifacius etc... Mathie Alberti dicto Homo de Costrin[1] clerico Poznaniensis diocesis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedunt, ad collacionem... episcopi Poznaniensis et... prepositi, decani, archidiaconi, custodis, cantoris, capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Poznaniensis communiter vel divisim pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non fuerit, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus. Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, quinto Kalendas decembris, anno secundo.

Simili modo... episcopo Tudensi[2] et... decano ecclesie Poznaniensis[3] ac officiali Poznaniensi[4] >< Datum Rome[a] ut supra.

149. [b] *sc. Wratislaviensis* [c] octavo *in margine pro cancell. VIII in Reg. Lat.* [d—d] *alia manu.* [e] octavo *in margine pro cancell. VIII in Reg. Lat.*

149. [4] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [5] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 2.* [6] *Johannes Schiruffki. Vid. supra p. 64 Nr 73 adn. 4.*

150. [a] *sequ.* apud sanctum Petrum *cancell. in Reg. Lat.*

150. [1] *Kostrzyn opp. prope Poznaniam versus orientem situm.* [2] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [3] *Decani Poznanienses tunc temporis Petrus Unru 30. VI. 1385, Petrus de Kobilino 11. III. 1398 deprehenduntur (Kod. WP. III 564, 705 nr 1834, 1984).* [4] *Vid. supra p. 37 Nr 35 adn. 1.*

151.

Romae, 27 novembris 1390.

Bonifacius IX Bogumilo filio Alberti de Siewiersk beneficium in ecclesia Wladislaviensi reservat; cuius quidem reservationis executionem episcopo Tudensi, cantori ecclesiae Wladislaviensis ac officiali Plocensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 18 f. 49—49' (L—L'), series De beneficiis vacaturis anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. N. de Benevento.

Bonifacius etc.... Bogumilo Alberti de Sewerzsko[1] clerico Wladislauiensis diocesis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedunt, ad collacionem... episcopi Wladislauiensis et... prepositi, decani, archidiaconi, custodis, cantoris, scolastici et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Wladislauiensis eciam racione dignitatum, personatuum vel officiorum, que in eadem ecclesia obtinent, communiter vel divisim pertinens, eciam si in eadem ecclesia fuerit, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, quod tu... infra unius mensis spacium, postquam tibi... vacacio illius innotuerit, duxeris acceptandum, conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, quinto Kalendas decembris, anno secundo.

Simili modo: Venerabili fratri.. episcopo Tudensi[2] et... cantori ecclesie Wladislauiensis[3] ac officiali Plocensi[4] >< Datum ut supra.

152.

Romae, 27 novembris 1390.

Bonifacius IX Paulo Tungen de perpetua vicaria in ecclesia Olomucensi providet; cuius quidem provisionis executionem patriarchae Gradensi, praeposito ecclesiae collegiatae S. Petri in Višehrad et officiali Pragensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 17 f. 309—309' (CCCXI—CCCXI'), series (De diversis formis anno secundo). *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XII, XIIII de Teramo.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 215 nr 384.

Bonifacius etc.... Paulo Tungen[1] perpetuo vicario in ecclesia Olomucensi... Apostolice Sedis circumspecta benignitas desideria iusta petencium congruo favore prose-

151. [1] *Siewiersk villa in parochia Choceń in diocesi et decanatu Wladislaviensi sita.* [2] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [3] *Vid. supra p. 104 Nr 114 adn. 4.* [4] *Vid. supra p. 42 Nr 42 adn. 7.*

152. [1] *Fortasse eadem familia oriundus Nicolaus Tungen electus Warmienis 4. XI. 1468 a papa Paulo II de episcopatu Warmiensi est provisus (Woelky C. P. Dr, Urkundenbuch des Bisthums Culm 532, 536 nr 643, 647).*

quitur et votis eorum, que a racionis[a] tramite non discordant, libenter se propiciam exhibet et benignam. Cum itaque nuper tu per... Johannem Pes canonicum Warmiensem, ad hoc per te specialiter constitutum, unam in Warmiensi et... Nicolaus Rampardi per te ipsum eciam unam perpetuas vicarias in Olomucensi ecclesiis, quas tunc temporis obtinebatis, desiderantes illas... in vicem permutare in manibus... episcopi Penestrini[2], sancte Romane ecclesie vicecancellarii, ex causa permutacionis huiusmodi duxeritis apud Sedem apostolicam libenter resignandas, idemque episcopus resignaciones huiusmodi de speciali mandato nostro facto sibi super hoc oraculo vive vocis ante Sedem admiserit antedictam, nos votis tuis in hac parte favorabiliter annuentes, eandem vicariam in ecclesia Olomucensi, que curata est et cuius fructus... decem marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum... non excedunt, per huiusmodi resignacionem vacantem... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa eciam providemus... Non obstantibus... seu quod dudum tibi de uno ad... patriarche Aquilegensis... et... prepositi, decani et capituli ecclesie Aquilegensis... et successive de alio ad... episcopi Wratislauiensis et... prepositi, decani, archidiaconorum et capituli ecclesie Wratislauiensis... necnon deinde de alio ad... episcopi et capituli Warmiensis predictorum necnon... decani, custodis et cantoris ecclesie Warmiensis predicte collacionem... pertinentibus beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura, vacantibus vel vacaturis, graciose concessimus provideri. Volumus autem, quod, quamprimum... eandem vicariam in ecclesia Olomucensi fueris pacifice assecutus, predicte concessionis gracia et quecunque inde secuta, quoad curata beneficia dumtaxat, sint cassa et irrita... Nostre tamen intencionis existit, quod nullum ius ex collacione huiusmodi in dicta vicaria ecclesie Olomucensis acquiratur, nisi tu et Nicolaus prefati ius haberetis tempore resignacionum huiusmodi in vicariis predictis per vos taliter resignatis... Datum Rome apud S. Petrum, quinto Kalendas decembris, anno secundo.

[b]Simili modo[b]... patriarche Gradensi[3] et... preposito ecclesie sancti Petri Wissegradensis prope Pragam[4] ac officiali Pragensi[5] >< Datum ut supra.

153.

Romae, 27 novembris 1390.

Bonifacius IX iudicibus, ut Johanni filio Stanislai de Piotrkowice parochialem ecclesiam in Marzenino Gneznensis diocesis conferant, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 17 f. 293—294 (CCXCV—CCXCVI), series De beneficiis vacantibus anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria).

Reg. 1. Abraham Wl., Sprawozdanie (II) 137. — 2. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 216 nr 385.

Bonifacius etc .. abbati monasterii sancte Marie in Arena extra muros Wratislauienses[1] et decano ac custodi ecclesie Lanciciensis[2] Gneznensis diocesis... Vite ac mo-

152. [a] araconis *Reg. Lat.* [b–b] *omissum in Reg. Lat.*

152. [2] *Vid. supra p. 84 Nr 95 adn. 5.* [3] *Vid. supra p. 10 Nr 6 adn. 1.* [4] *Vyšehrad cum ecclesia collegiata S. Petri Sedi apostolicae immediate subiecta.* [5] *Vid. supra p. 44 Nr 45 adn. 1.*

153. [1] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 2.* [2] *Lanciciensis ecclesiae decanus ignotus, custos autem Nicolaus, de quo vid. supra p. 55 Nr 60 adn. 4.*

rum honestas... super quibus apud nos... Johannes Stanislai de Potrkouicze[3] clericus Gneznensis diocesis fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Cum itaque parrochialis ecclesia in Marzenino[4] dicte diocesis ex eo vacaverit et vacat ad presens, quod... Albertus Laurencii de Lagewniki[5], olim ipsius ecclesie rector, eandem ecclesiam tunc vacantem canonice sibi collatam assecutus illamque per annum vel amplius pacifice possidens, impedimento cessante legitimo nullaque super hoc canonica dispensacione obtenta, se non fecit ad sacerdocium promoveri et tanto tempore vacaverit, quod eius collacio iuxta Lateranensis statuta concilii est ad Sedem apostolicam legitime devoluta, nos volentes dicto Johanni... graciam facere specialem, discrecioni vestre... mandamus, quatenus vos... vocato dicto Alberto, qui prefatam ecclesiam adhuc detinet occupatam, et aliis qui fuerint evocandi, si repereritis fore ita, eandem parrochialem ecclesiam, cuius fructus... XII marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum, ut ipse Johannes asserit, non excedunt, dummodo tempore presencium non sit in ea alicui specialiter ius quesitum... prefato Johanni auctoritate nostra conferre et assignare curetis... amoto exinde dicto Alberto et quolibet alio illicitò detentore... Non obstantibus... aut quod nuper prefato Johanni ut asserit de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura ad collacionem... dicti archiepiscopi et .. prepositi, decani, archidiaconi, scholastici, cantoris, custodis et capituli singulorumque canonicorum[a] et personarum Gneznensis communiter vel divisim pertinente, vacante vel vacaturo, et de canonicatu sub expectacione prebende Poznaniensis ecclesiarum per diversas alias litteras nostras graciose mandavimus provideri. Volumus autem, quod, quamprimum ipse Johannes vigore presencium dictam parrochialem ecclesiam fuerit pacifice assecutus, predicte littere, per quas sibi de beneficio ut prefertur provideri mandavimus et processus habiti per easdem et quecunque inde secuta, quoad curatum beneficium dumtaxat, sint cassa et irrita... Datum Rome apud S. Petrum, quinto Kalendas decembris, anno secundo.

154.

Romae, 28 novembris 1390.

Bonifacius IX Pragensi et Gneznensi archiepiscopis eorumque suffraganeis, ut per duos annos a clero decimam exigant eamque camerae apostolicae collectori solvant, mandat.

Arch. Vat., 1. Armar. XXXIII T. 12 f. 137'—138 (CXI'—CXII). In margine litterarum Cassata, quia inferius continetur integre etc. — *2. Armar. XXXIII T. 12 f. 139—142 (CIII—CVI). In fine litterarum ex parte dextra* De curia. Ja. de Bononia, *ex sinistra* com(putavi).

Ed. Theiner A., Vet. Mon. Poloniae et Lithuaniae I 764 nr 1034 »Ex Reg. orig. Litt. decim. et Collect. cod. chart. fol. 116«.

153. [a] canonicorum *omissum in Reg. Lat.*

153. [3] *Piotrkowice: huius nominis villae plures erant, vel Piotrowice penes opp. Słupca tunc in Gneznensi nunc in Wladislaviensi diocesi.* [4] *Marzenin villa in decanatu Gneznensi tunc capituli Gneznensis propria.* [5] *Łagiewniki Kościelne villa parochialis prope Gniezno sita.*

Reg. 1. Lewicki A., Index actorum saeculi XV in Mon. medii aevi hist. XI [Kraków 1888] 19 nr 148. — 2. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 216 nr 386.

Adn. Quae in Cop. 1. per etc. ut supra *abbreviata sunt, uncinis inclusa ex Cop. 2. hic supplentur.*

Bonifacius episcopus etc. venerabilibus fratribus.. Pragensi et.. Gneznensi archiepiscopis eorumque suffraganeis salutem etc. Crescit in dies peccatis exigentibus malicia temporis (multiplicatur iniquitas, invalescit ambicio, temeritas evagatur et pericula undique properantur[a] et adeo quorundam damnatorum vesana presumpcio et effrenata rabies intumuit, ut quamplura ex civitatibus, terris et locis Romane ecclesie immediate subiectis et eciam magnam partem regni Sicilie et terre citra Farum, que ipsius ecclesie iuris et proprietatis existunt, nefandis ausibus occupaverit et detineat occupata et ad ulteriora moliatur[b] manus extendere violentas, propter quod nos, qui supra[c] gregem Dominicum disposicione Diuina universalem curam gerimus, pro debito ministerii pastoralis tenemur, et quantum nobis videlicet Diuina bonitas faverit, volumus non solum fideles et devotos ab oppressionibus preservare, verum eciam huiusmodi damnatorum ausibus obsistere eosque refrenare ac elidere toto posse, ne a malicia puritas et ab iniquitate iusticia et ab ambicione caritas conculcentur, et ne modestie temeritas dominetur, et ut previsa pericula minus obsint. Cum igitur propterea de inevitabili necessitate magna expensarum onera oporteat nos subire, ad que supportanda camera apostolica innumerabilium aliorum sumptuum profluviis fatigata apte sufficere nequit), deliberacione super hiis habita diligenti, decimam omnium reddituum et proventuum ecclesiasticorum, in vestris civitatibus et diocesibus consistencium, per duos annos a Kalendis ianuarii proxime futuri[1] inchoandos et continue subsequentes in subscriptis terminis annis[d] singulis dictorum duorum annorum a vobismet ipsis necnon ab omnibus et singulis prelatis (ac personis ecclesiasticis[e] secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, huiusmodi redditus et proventus in predictis civitatibus et diocesibus obtinentibus et infra dictum biennium obtenturis, cuiuscunque preeminencie, dignitatis, status, gradus, religionis, ordinis vel condicionis existant, quibus vel quorum alicui nulla privilegia aut indulgencias sub quacunque verborum forma aut expressione concessa quoad hoc volumus suffragari, preterquam a venerabilibus fratribus[f] nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus huiusmodi redditus et proventus in eisdem civitatibus, diocesibus et provinciis obtinentibus et interim obtenturis, qui nobiscum assidue indefessis laboribus onera universalis ecclesie sorciuntur, necnon a dilectis filiis hospitalium sancti Johannis Jerosolimitani et beate Marie Theotonicorum magistris, prioribus, preceptoribus ac fratribus, qui contra hostes fidei christiane exponunt iugiter se et sua, quos quidem cardinales, magistros, priores, preceptores et fratres a prestacione huiusmodi decime exemptos esse volumus et immunes, solvendam, exigendam et colligendam ac in relevacionem dictorum onerum convertendam auctoritate apostolica imposuimus et imponimus per presentes). Volumus autem, quod huiusmodi decima per vos, quorum singulos decime eiusdem in propriis videlicet civitatibus et diocesibus supradictis collectores deputavimus et tenore presencium deputamus (et succollectores vestros, clericos dumtaxat, quos ad id deputabitis, a vobis ipsis necnon ab eisdem prelatis et personis ecclesiasticis secularibus

154. [a] preparantur *in Ed.* [b] molitur *in Ea.* [c] super *in Ed.* [d] annuis *Cop. 1.* [e] ecclesiasricis *in Ed.* [f] fratribus *omiss. in Ed.*

154. [1] 1. I. 1391.

et regularibus, exemptis et non exemptis, in supradictis civitatibus et diocesibus redditus et proventus huiusmodi ut prefertur habentibus et infra dictos duos annos habituris, preterquam a dictis cardinalibus, magistris, prioribus, preceptoribus et fratribus, de ipsis dumtaxat redditibus atque proventibus colligatur et eciam exigatur sine iniuria et oppressione quacunque, ita quod per vos vel succollectores vestros huiusmodi ad redditus et proventus ecclesiasticos extra proprias civitates et dioceses predictas consistentes compulsionis officium nullatenus extendatur). Primum enim terminum solucionis medietatis huiusmodi decime primi anni dicti biennii statuimus et esse volumus festum Ascensionis Domini nostri Ihesu Christi proxime futurum, secundum vero terminum solucionis alterius medietatis ipsius decime dicti primi anni celebritatem Omnium Sanctorum extunc immediate secuturam, in secundo anno sequente similibus terminis observandis. Denique volumus, quod huiusmodi decime exaccio fiat secundum modum, morem et consuetudinem (in solucione huiusmodi decime in illis partibus observatos, et sine aliquo onere illorum, a quibus huiusmodi decima exigetur. Et ne de moneta, de qua fiet et fieri debebit[g] solucio dicte decime, valeat hesitari, vitenturque gravamina, que propter hoc hactenus viri ecclesiastici sunt perpessi, volumus, quod per vos et succollectores predictos ipsa decima ad monetam in predictis civitatibus et diocesibus communiter currentem levetur et eciam exigatur a vobis et cuilibet vestrum aut succollectoribus predictis nomine camere predicte recipientibus persolvatur iuxta constitucionem super hoc editam in concilio Viennensi, ita quod pretextu alicuius cambii debitores et solutores dicte decime non graventur, quodque circa hoc iuxta constitucionem eiusdem Viennensis concilii calices, libri et ornamenta ecclesiastica Diuinis officiis deputata ex causa pignoris vel alias occasione dicte exaccionis nullatenus capiantur, recipiantur, distrahantur vel eciam occupentur. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus decimam huiusmodi a vobis ipsis necnon a prefatis prelatis et personis ecclesiasticis de vestris ipsorumque ecclesiasticis redditibus et proventibus, quos infra civitates et dioceses antedictas obtinetis et obtinent et per dictum biennium obtinebitis et obtinebunt, preterquam a cardinalibus, magistris, prioribus, preceptoribus et fratribus supradictis, per vos vel alium seu alios diligenter exigere vel colligere) necnon illud, quod in singulis terminis predictis recollegeretis, infra triginta dies post singulos terminos eosdem immediate sequentes (cum integritate, deductis tamen pro recolleccione huiusmodi moderatis expensis, collectori fructuum et proventuum camere predicte debitorum in illis partibus deputato, qui de receptis per eum nomine dicte camere vos et alios, quorum interfuerit, quitabit, cum effectu solvere studeatis. Nos enim vobis prefatos prelatos et personas ecclesiasticas huiusmodi redditus et proventus infra dictas civitates et dioceses obtinentes et infra huiusmodi biennium ut premittitur obtenturos, cardinalibus, magistris, prioribus, preceptoribus et fratribus supradictis dumtaxat exceptis, ad solvendum vobis vel a vobis deputandis dictam decimam in eisdem terminis, prout superius est expressum, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam et eciam per sequestracionem ipsorum reddituum et proventuum in eisdem civitatibus et diocesibus consistencium, si expedierit, per vos vel alium seu alios compellendi et invocandi ad hoc, si opus fuerit, auxilium brachii secularis, plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem). Non obstantibus[h] constitucionibus apostolicis contrariis quibuscunque; seu si vobis et[i] eisdem[k] (prelatis

154. [g] debet *in Ed.* [h] *sequ* etc. Datum... *in Ed.* [i] ac *Cop. 1.* [k] *sequ. in Cop. 1* etc. ut supra, nisi quod non ponitur: et tu episcope. Sub dat. Rome apud sanctum Petrum IIII Kal. dec. pontificatus nostri anno secundo.

et aliis personis ecclesiasticis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum, quod ad solucionem huiusmodi decime minime teneamini seu eciam teneantur et ad id compelli aut quod interdici, suspendi vel excommunicari aut ad iudicium evocari non possitis sive possint per litteras apostolicas, que plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et toto eius tenore et propriis ipsorum ordinum, locorum et personarum nominibus et cognominibus non fecerint mencionem, et quibuscunque privilegiis, indulgenciis, exempcionibus et litteris apostolicis quibuscunque dignitatibus et ordinibus et specialiter SS. Basilii, Benedicti et Augustini, Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Cartusiensis, Camaldulensis, Grandimontensis, Vallisumbrose, Cruciferorum et Humiliatorum et ipsorum universitatibus generaliter vel specialiter sub quacunque forma vel expressione verborum a memorata Sede concessis, de quibus quorumque totis tenoribus ac de verbo ad verbum in nostris litteris plena et expressa mencio sit habenda. Ad hec volumus, vobisque eadem auctoritate concedimus, quod vos necnon a vobis deputandi illos de propriis civitatibus et diocesibus supradictis, quos ex defectu non facte solucionis huiusmodi excommunicacionis, suspensionis et interdicti sentencias incurrere contigerit, ab eisdem sentenciis post satisfaccionem debitam, facta prius fide vobis vel huiusmodi deputatis de dicta satisfaccione, absolvere et cum eis super irregularitate, si quam forsan sic ligati, non tamen in contemptum clavium, celebrando Diuina vel immiscendo se illis contraxerint, dispensare eciam valeatis. Ceterum quia forsan nonnulle ex personis ecclesiasticis supradictis adeo sunt pauperes, quod ad solucionem dicte decime impotentes existunt, volumus, quod quoad illos de propriis civitatibus et diocesibus predictis, qui per vos summarie et de plano reperti fuerint ad solucionem dicte decime in predictis terminis faciendam ut premittitur impotentes, super quo vestram conscienciam oneramus, prefatas sentencias relaxetis et super irregularitate, si quam sic ligati, non tamen in contemptum clavium, celebrando Diuina vel immiscendo se illis contraxerint, dispensetis misericorditer cum eisdem. Nostre quoque intencionis existit, quod hii, quorum facultates ad integram solucionem huiusmodi decime, supportatis aliis omnibus consuetis, non suppetunt, ultra quam iuxta suarum huiusmodi facultatum exigenciam commode possunt, illi vero, qui de huiusmodi decima nichil solvere poterunt, super qua impotencia vestram eciam conscienciam oneramus, ad solvendum aliquid pretextu imposicionis huiusmodi nullatenus compellantur. Volumus insuper, quod si in solucione huiusmodi decime in aliquo predictorum terminorum pro redditibus et proventibus ad proprias archiepiscopales et episcopales mensas pertinentibus defeceritis, vel si, ut prefertur, illud, quod a vobis et ab huiusmodi prelatis et personis ecclesiasticis propriarum huiusmodi civitatum et diocesum pro decima ipsa in eisdem singulis terminis per vos vel alios receperitis, infra triginta dies dictos singulos terminos immediate sequentes, deductis pro exaccione ipsius decime moderatis expensis, collectori fructuum et proventuum dicte camere debitorum in illis partibus deputato effectualiter non solveritis, easdem, quas in deficientes in solucione predicte decime in eisdem terminis facienda presencium vigore tuleritis, sentencias incurratis eo ipso, a quibus tamen sentenciis per aliquem ex vobis aliis sentenciis ipsis non ligatum, postquam debite satisfeceritis, possitis absolvi. Demum quia presentes littere vestrum singulis commode presentari non possent, volumus, quod vos fratres archiepiscopi tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum vestris litteris sigillis vestris munitis insertum suffraganeis vestris seu infra provincias vestras constitutis, eciam si fuerint Romane ecclesie immediate subiecti, sine dilacione intimare curetis et quod huiusmodi vestris litteris tenorem ipsum taliter continentibus eadem fides adhibeatur, que dictis presentibus litteris adhiberetur, si forent exhibite vel

ostense, et quod eisdem presentibus litteris receptis et ipsarum copia retenta, illas earum latori indilate restituere et effectualiter studeatis). Datum Rome apud S. Petrum, IIII Kalendas decembris, pontificatus nostri anno secundo.

155.

Romae, 2 decembris 1390.

Augustinus episcopus Perusinus, Bonifacii papae IX thesaurarius, camerae apostolicae in diocesi Pragensi, Olomucensi et Wratislaviensi collectoribus, ut litteras apostolicas super excomputatione 220 florenorum a Petro Wserob camerae apostolicae mutuatorum, eis pridem directas, in annatis beneficiorum eiusdem Petri exequantur, mandat.

Arch. Vat., a. Armar. XXIX T. 1 f. 219 (CXCIIII). — b. Armar. XXIX T. 1 f. 104' (LXXVIIII'). In margine sinistro ad init. litt. Deduccio II[c] XX florenorum in annatis domini Petri Wsserob litterarum apostolicarum correctoris, *in fine* Gratis pro domino P(etro).

Ed. (in excerpto) Cop. b. Crofta C., Mon. Boh. Vat. V 118 nr 189.

Reg. Cop. a. Crofta C., o. supra c. 219 nr 396.

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris in eodem libro Armarii contentis hic supplentur.*

a.

Augustinus[1] (Dei gracia episcopus Perusinus, domini nostri pape thesaurarius), venerabilibus viris dominis.. in civitate et diocesi Pragensi, Olomucensi et Wratislauiensi iurium apostolice camere debitorum collectoribus et eorum succollectoribus salutem (in Domino). Pridie vobis per nostras litteras scripsimus in hec verba.

b.

Augustinus miseracione Diuina[a] (episcopus Pennensis[2], domini nostri pape thesaurarius), venerabilibus viris dominis.. in civitatibus et diocesibus Pragensibus, Olomucensibus et Wratislauiensibus iurium apostolice camere debitorum collectoribus et eorum succollectoribus salutem in Domino Notum vobis facimus per presentes, quod venerabilis vir dominus Petrus de Wserob[3] litterarum apostolicarum corrector per duas vices scilicet in Luca[4] et Perusio[5] mutuavit apostolice camere florenos ducentos et viginti de Camera, quos florenos ducentos et viginti de Camera de speciali mandato domini nostri pape eidem domino Petro excomputavimus et compensavimus in solucione annatarum

155. [a] *sequ.* etc. ut supra per totum in LXXVIIII folio computando et tota littera scribitur

155. [1] *Vid. supra p. 86 Nr 97 adn. 2.* [2] *Ad sedem Perusinam translatus 10. X. 1390.* [3] *Magister Petrus de Všeruby in Bohemia secretarius et familiaris Summi Pontificis, scriptor, abbreviator et corrector litterarum apostolicarum, nuntius apostolicus ad Bohemiae et Hungariae regna, capellanus Wenceslai IV regis Bohemiae, diversis temporibus rector ecclesiarum parochialium, canonicus praebendarius Moguntinus, Pragensis, Vyšehradensis, Wratislaviensis et Olomucensis, perpetuus vicarius praepositurae in ecclesia Pragensi, archidiaconus Horsoviensis et scholasticus Olomucensis aa. 1381—1404 deprehenditur (Crofta C., o. supra c. 1497 in indice).* [4] *Lucca civitas in Italia prope Pisam sita.* [5] *Perugia civitas in Italia media.*

seu mediorum fructuum primi anni suorum beneficiorum videlicet canonicatus et prebende et archidiaconatus Horsouiensis[6] maioris et sancti Petri Wissegradensis[7] Pragensium, canonicatus et prebende et scolastrie Olomucensis ac canonicatus et prebende Wratislauiensis ecclesiarum, de quibus ducentis et viginti florenis de Camera sic excomputatis, solutis et compensatis dictum dominum Petrum quitamus, absolvimus et eciam liberamus; mandantes vobis insuper, quatenus pro dictis annatis seu mediis fructibus primi anni dictorum beneficiorum, si valorem dictorum ducentorum et viginti florenorum de Camera non excedunt, dictum dominum Petrum et suos procuratores de cetero nullatenus molestetis neque faciatis per alios molestari. In quorum (testimonium presentes litteras fieri et sigilli nostri pontificalis iussimus appensione muniri). Datum Rome (apud S. Petrum sub anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono, indiccione duodecima), die penultima mensis iulii, pontificatus (sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani divina providencia pape sexti) anno duodecimo[b] [8].

a.

Cum autem, sicut eiusdem Petri relacione percepimus, dicte littere certis impedimentis occurentibus non fuerunt execucioni mandate, vobis committimus, quatenus easdem litteras et singula in eis contenta admittere et eas exequi non tardetis; ita tamen quod hac occasione fiat ista compensacio seu excomputacio semel tantum. Datum Rome apud S. Petrum sub appensione sigilli nostri pontificalis sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, indiccione XIII[a], die secunda mensis decembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii Diuina providencia pape VIIII anno secundo.

156.

Romae, 2 decembris 1390.

Bonifacius IX officiali Wratislaviensi, ut Stephano Stephani Institoris beneficium in ecclesia S. Crucis Wratislaviae reservet, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 15 f. 140—141 (CXLI—CXLII), series De beneficiis vacaturis anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XX de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 220 nr 398.

Bonifacius etc... officiali Wratislauiensi[1]... Dignum arbitramur... Volentes igitur... Stephanum Stephani institoris clericum[a] Wratislauiensis diocesis... favore prosequi gracioso, discrecioni tue... mandamus, quatenus, si post diligentem examinacionem dictum Stephanum ad hoc ydoneum esse reppereris... beneficium ecclesiasticum sine cura, cuius fructus... decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... prepositi, decani, cantoris, custodis et capituli

155. [b] Et sic finit subsequenter *sequ. in Cop. a*

155. [6] *Tyn Horšův, Bischofteinitz, opp. in Pragensi diocesi ad mensam archiepiscopalem tunc pertinens.* [7] *Vid. supra p. 139 Nr 152 adn. 4.* [8] *30. VII. 1389.*

156. [a] clericum *in margine Reg. Lat.*

156. [1] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.*

singulorumque canonicorum et personarum ecclesie sancte Crucis Wratislauiensis communiter vel divisim pertinens, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum dicto Stephano... donacioni tue auctoritate nostra reserves... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, quarto nonas septembris, anno secundo.

157.

Romae, 4 decembris 1390.

Bonifacius IX iudicibus, ut Bartholomaeo tit. S. Pudentianae presbytero cardinali canonicatus et praebendas in Wratislaviensi et Opoliensi ecclesiis conferant, motu proprio mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 13 f. 228–228' (CCV–CCV') series De litteris dominorum cardinalium anno secundo. *In fine litterarum* Pro domino cardinali. Jac. de Teramo.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 220—221 nr 399.

Bonifacius etc.... Constantinopolitano [1] et Gradensi [2] patriarchis ac... custodi ecclesie Pragensis... Dum exquisitam dilecti filii nostri Bartholomei tituli Sancte Potenciane presbyteri cardinalis [3] circumspeccionis industriam diligenter attendimus et paterna consideracione pensamus, quod ipse Romanam ecclesiam, cuius honorabile membrum existit, suorum honorat magnitudine meritorum, dignum reputamus et debitum, ut eam sibi reperiat in exhibicione graciarum munificam et in suis opportunitatibus liberalem. Dudum siquidem per nos accepto, quod Wratislauiensis et Opoliensis Wratislauiensis dyocesis ecclesiarum canonicatus et prebende, quos quondam Johannes de Waldow [4] ipsarum ecclesiarum canonicus, dum viveret, obtinebat, per ipsius Johannis obitum, qui extra Romanam curiam decesserat, vacaverant et vacabant tunc, nos videlicet tercio idus decembris pontificatus nostri anno primo [5] de dictis canonicatibus et prebendis sive premisso seu alio quovis modo aut ex alterius cuiuscunque persona vacaret, dummodo dicta die videlicet tercia idus decembris non esset in eis alicui specialiter ius quesitum, bone memorie Francisco S. Eustachii diacono cardinali [6] graciose concessimus provideri, eosdem canonicatus et prebendas extunc collacioni et disposicioni nostre ea vice specialiter reservando et decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum prefatus Franciscus cardinalis, antequam sibi de eisdem canonicatibus et prebendis provideretur, apud Sedem apostolicam viam fuerit universe carnis ingressus, dictique canonicatus et prebenda adhuc ut prefertur vacare noscantur, nos volentes ipsi Bartholomeo cardinali, ut expensarum onera, que oportet eum continue de necessitate subire, commodius supportare valeat, de alicuius subvencionis auxilio providere graciamque facere specialem,

157. [1] *Angelus Corarius episcopus Castellanus obligavit se 1. XII. 1390 ut patriarcha Constantinopolitanus, deinde postquam in Summum Pontificem sub nomine Gregorii XII assumptus est, ecclesiam hanc ad manus suas retinuit (Eubel C., Hier. cath. I² 206.* [2] *Vid. supra p. 10 Nr 6 adn. 3.* [3] *Bartholomaeus de Uliariis, ordinis S. Benedicti professor, episcopus Florentinus, cardinalis presbyter tit. S. Pudentianae a Bonifacio IX 18. XII. 1389 in prima promotione creatus, vulgo Paduanus dictus, † 16. IV. 1396 (Eubel C., Hier. cath. I² 25).* [4] *Waldow, Waldau villa prope oppidum et in parochia Legnica in diocesi Wratislaviensi sita.* [5] *11. XII. 1389.* [6] *Vid. supra p. 66 Nr 76 adn. 1.*

motu proprio non ad ipsius Bartholomei cardinalis vel alterius pro eo nobis super hoc oblate peticionis instanciam, sed de nostra mera liberalitate discrecioni vestre... mandamus, quatenus vos... prefatos canonicatus et prebendas, quorum fructus... sexaginta marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum, ut asseritur, non excedunt... eidem Bartholomeo cardinali auctoritate apostolica conferre et assignare curetis... Non obstantibus, quod ipse Bartholomeus cardinalis ordinis sancti Benedicti professor existit... aut si idem Bartholomeus cardinalis presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsarum ecclesiarum solita iuramenta, ad que prestanda, dummodo per procuratorem ydoneum illa prestet, eundum Bartholomeum cardinalem volumus non teneri. Nos enim cum ipso Bartholomeo cardinali, ut dictos canonicatus et prebendas, si illos sibi presencium vigore conferri contigerit ut prefertur, libere recipere et una cum ecclesia sancte Potenciane de Urbe, que titulus sui cardinalatus existit, ac dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus et prebendis, ecclesiis et aliis beneficiis ecclesiasticis, secularibus et regularibus, cum cura vel sine cura, que obtinet et expectat et in quibus et ad que sibi ius quomodolibet competit, quecunque, quotcunque et qualiacunque fuerint, retinere licite valeat, generalis concilii et aliis constitucionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus supradictis contrariis nequaquam obstantibus, motu simili auctoritate predicta de uberioris dono gracie tenore presencium dispensamus, proviso, quod dignitates, personatus, officia, canonicatus, prebende, ecclesie et alia beneficia supradicta debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur. Nos insuper irritum prout est decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam... post et contra reservacionem predictam attemptatum forsan est hactenus vel in posterum contigerit attemptari.

Datum Rome apud S. Petrum, secundo nonas decembris, anno secundo[a].

158.

Romae, 5 decembris 1390.

Bonifacius IX Petro filio Pauli de Tychów beneficium ecclesiasticum ad collationem archiepiscopi, capituli et praelatorum ecclesiae Gneznensis pertinens reservat; cuius quidem reservationis executionem episcopo Tudensi, praeposito ac custodi ecclesiae B. Mariae Lanciciensis mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 19 f. 13'—14 (CXXXIIII'—CXXXV), series De beneficiis vacaturis anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. Jac. de Teramo.

Bonifacius etc.... Petro Pauli de Tichow[1] clerico Cracouiensis diocesis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum (taxacionem) decime valorem annuum non excedant, ad collationem... archiepiscopi Gneznensis et... prepositi, decani, archidiaconi, cantoris, custodis et capituli ecclesie Gneznensis communiter vel di-

157. [a] secundo *loco cancell.* primo *in Reg. Lat.*

158. [1] *Tychów villa tum episcopatus Cracoviensis propria in par. Wąchock, nunc in par. Mirzec diocesis Sandomiriensis sita.*

visim pertinens, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... aut si hodie alii vel aliis super equali vel equalibus gracia seu graciis de beneficio seu beneficiis huiusmodi ad collacionem... dictorum archiepiscopi, prepositi, decani, archidiaconi, cantoris, custodis et capituli communiter vel divisim pertinente seu pertinentibus litteras nostras duximus concedendas. Nos enim tam illas quam presentes effectum sortiri volumus quacunque constitucione apostolica contraria non obstante; seu quod nuper tibi de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura vacante vel vacaturo ad collacionem... episcopi Cracoviensis et... prepositi, decani, archidiaconi, cantoris, custodis et capituli ecclesie Cracouiensis communiter vel divisim pertinente per alias nostras litteras graciose mandavimus provideri; quas quidem litteras et processus habitas per easdem et omnia inde secuta quoad curatum beneficium dumtaxat exnunc cassamus... Datum Rome apud S. Petrum, nonis decembris, anno secundo.

Simili modo... episcopo Tudensi [2] et... preposito [3] ac custodi [4] ecclesie beate Marie Lanciciensis Gneznensis diocesis >< Datum ut supra.

159.

Romae, 9 decembris 1390.

Bonifacius IX omnibus ad reaedificationem ecclesiae S. Petri in Vyšehrad prope Pragam manus adiutrices porrigentibus indulgentias elargitur, et ut quaestuarii ad provinciam Pragensem, Gneznensem et Salisburgensem mitti possint, concedit.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 17 f. 143 (CXLV), series De diversis formis. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XX de Teramo.

Ed. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 225—226 nr 411.

Bonifacius etc. universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. Ecclesiarum fabricis manum porrigere adiutricem pium apud Deum et meritorium reputantes, frequenter Christi fideles ad impendendum ecclesiis ipsis auxilium nostris litteris exhortamur, et ut ad id eo fervencius animentur, quo maius ex hoc animarum commodum se speraverint adipisci, nonnunquam pro hiis temporalibus suffragiis spiritualia eis munera videlicet remissiones et indulgencias elargimur. Cum itaque, sicut accepimus, ecclesia sancti Petri Wissegradensis Pragensis [1] reedificetur opere non modicum sumptuoso, nos cupientes, quod edificium huiusmodi compleatur, universitatem vestram rogamus et hortamur in Domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus de bonis a Deo vobis collatis pro reedificacione dicte ecclesie pias elemosinas et grata caritatis subsidia erogetis, ut per subvencionem vestram huiusmodi prefata ecclesia celerius valeat reedificari et vos per hec et alia bona opera, que Domino inspirante feceritis, possitis ad eterne felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus

158. [2] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [3] *Praepositus Lanciciensis tum temporis ignotus.* [4] *Vid. supra p. 55 Nr 60 adn. 4.*

159. [1] *Vid. supra p. 139 Nr 152 adn. 4.*

et confessis, qui ad reedificacionem huiusmodi manus porrexerint adiutrices, duos annos et duas quadragenas de iniunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus, presentibus post sex annos minime valituris; quas mitti posse per questuarios per Pragenses, Gneznenses et Salzeburgenses civitates, dioceses et provincias dumtaxat concedimus, eas si per ipsos questuarios extra civitates, dioceses et provincias predictas misse fuerint, carere viribus decernentes. Volumus autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, quinto idus decembris, anno secundo.

160.

Romae, 9 decembris 1390.

Bonifacius IX omnibus ad reparationem ecclesiae in Horní Kounice manus adiutrices porrigentibus indulgentias elargitur, et ut quaestuarii ad dioceses Olomucensem et Wratislaviensem mitti possint, concedit.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 17 f. 143' (CXLV'), series De diversis formis. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XX de Teramo.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 226 nr 412.

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris hic supplentur.*

Bonifacius... Christi fidelibus presentes litteras inspecturis... Ecclesiarum fabricis... Cum itaque, sicut accepimus, ecclesia sancte Marie in Cunicz[1] Olomucensis diocesis propter sui vetustatem reparacione non modica indigere noscatur, nos cupientes, quod ecclesia ipsa reparetur... omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad reparacionem huiusmodi manus porrexerint adiutrices, duos annos et duas quadragenas de iniunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus, presentibus post sex annos minime valituris; quas mitti posse per questuarios per Olomucenses et Wratislauienses civitates et dioceses dumtaxat concedimus, eas, si per ipsos questuarios extra civitates et dioceses predictas misse fuerint, carere viribus decernentes. Volumus autem (quod si alias visitantibus dictam ecclesiam vel ad eius reparacionem manus porrigentibus adiutrices aut alias inibi pias elemosinas erogantibus seu alias aliqua alia indulgencia in perpetuum vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, vel si alie consimiles littere super huiusmodi gracia sub presentis diei data alias confecte appareant, huiusmodi presentes littere nullius existant roboris vel momenti). Datum Rome apud S. Petrum, quinto idus decembris, anno secundo.

161.

Romae, 12 decembris 1390.

Bonifacius IX Cisterciensis ordinis in Czikador et Pilisio monasteriorum abbatibus, necnon monasteriorum dicti ordinis in Polonia, Prussia, Sclavonia, Livonia et Cracovia visitatoribus, ut subsidium charitativum per camerae apostolicae collectores inibi exigendum singulis monasteriis imponant, mandat.

Arch. Vat., Reg. Vat. T. 312 f. 290'—291 (CCXC'—CCXCI). In fine litt. ex parte dextra De curia. Ja. de Bononia, *ex sinistra* T. Petra.

160. [1] *Kunicz, Horni Kounice, in Moravia.*

Ed. Monum. Vaticana historiam regni Hungariae illustrantia. Series I T. III Bullae Bonifacii IX P. M. 1389—1396 [Budapest 1888] 105 nr 122.

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus antecedentibus in Reg. Vat. litteris hic supplentur.*

Bonifacius IX etc. dilectis filiis.. de Sidador[1] et.. de Pelisio[2] Cisterciensis ordinis monasteriorum abbatibus salutem etc. Cum in generali capitulo vestri ordinis[a] (nuper videlicet in die sancti Lamberti episcopi et martyris pontificatus nostri anno primo[3] in alma Urbe celebrato per capitulum ipsum fuerit ordinatum et deliberatum ac eciam diffinitum, quod idem ordo pro subveniendo necessitatibus Romane ecclesie et presertim hoc procelloso tempore contra hereticos et scismaticos, qui eandem ecclesiam multipliciter affligere et turbare nituntur, nobis et camere apostolice per dictum ordinem de certo caritativo subsidio, prout dudum felic[i]s recordacionis Gregorio XI et Urbano VI Romanis pontificibus, predecessoribus nostris, per eundem ordinem successive subventum fuerat, liberaliter debeat subvenire. Nos cupientes, quod huiusmodi subsidium a quibuscunque monasteriis et locis et personis utriusque sexus eiusdem ordinis quacunque preeminencia vel dignitate nitentibus) in Polonia, Prussia, Sclavonia, Liuonia et Cracouia ac in partibus convicinis, in quibus generales visitatores in dicto generali capitulo deputati estis[b], (consistentibus ad subveniendum cicius dictis necessitatibus, quod eciam nos presencium tenore imponimus, celeriter imponatur ac eciam exigatur, [c]discrecionibus vestris[c] per apostolica scripta mandamus, quatenus visis presentibus idem subsidium singulis monasteriis, locis et personis predictis iuxta imposicionem eis factam tempore dicti Urbani predecessoris exigendum et levandum per collectores fructuum et proventuum camere apostolice debitorum in illis partibus deputatos infra certum terminum per vos[d] sub coattencione debita prefigendum eisdem personis auctoritate apostolica imponere non postponatis[e]. Non enim vobis[f] faciendi premissa et eisdem collectoribus personas easdem ad dandum et solvendum sibi vel alicui ipsorum, recipientibus nostro et dicte Camere nomine huiusmodi subsidium, pro rata monasteria et loca ac personas easdem secundum vestram[g] imposicionem huiusmodi contingente, ex parte nostra caritative hortandi ac monendi et requirendi easque ad id, si opus fuerit, et alias eciam contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia appellacione postposita compellendi, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus quibuscunque privilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis specialibus et generalibus, quorumcunque tenorum existant, ordini, monasteriis ac locis et personis predictis a Sede apostolica sub quacunque forma vel expressione verborum concessis, eciam si de ipsis et totis eorum tenoribus de verbo ad verbum esset in nostris litteris specialis et expressa mencio facienda, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differi, et que quoad hoc eis nolumus aliquatenus suffragari, plenam et liberam concedimus auctoritate apostolica tenore presencium facultatem, eisdem eciam collectoribus et eorum cuilibet quittandi et absolvendi plenarie de receptis plenam et liberam facultatem huiusmodi concedentes. Volumus autem, quod

161. [a] *sequ.* etc. ut supra usque ibi in Polonia. [b] *sequ.* etc. ut supra per totum et sub eadem data. [c—c] discrecioni tue *Reg. Vat.* [d] te *l. c.* [e] postponas *l. c.* [f] tibi *l. c.* [g] tuam *l. c.*

161. [1] *Sidador scriptum loco Czikador in diocesi Quinqueecclesiensi in Hungaria (Janauschek Leopoldus, Originum Cisterciensium T. I [Vindobonae 1877] 71 nr 174).* [2] *Pelisium id est Pilisium in comitatu nunc Pestinensi et diocesi Vesprimiensi in Hungaria situm.* [3] *17. IX. 1390.*

omnes et singulas pecuniarum summas, quas collectores ipsi de huiusmodi subsidio percipient, quamprimum poterunt, ad predictam cameram tute et caute ac fideliter transmittant, quodque vos[h] de singulis imposicionibus et iidem collectores de singulis eisdem summis confici faciatis publica instrumenta et in vestris quaternis poni, ut de ipsis computum et racionem fidelem possitis reddere camere supradicte. Datum Rome apud S. Petrum, II idus decembris, pontificatus nostri anno secundo.

162.

Romae, 12 decembris 1390.

Henricus tit. S. Anastasiae presbyter cardinalis, collegii cardinalium camerarius, Johannem episcopum Lubucensem de solutione servitiorum quitat.

Arch. Vat., Obl. et Sol. T. 59 f. 31'. In margine sinistro ad init. litt. Episcopi Lubicensis *in fine* flor. II gr. II.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 230 nr 419, sub falsa data 13. XII. 1390.

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris in eodem libro contentis hic supplentur.*

Henricus[1] (...tituli S Anastasie presbyter cardinalis... sacri collegii ...cardinalium camerarius... notum facimus...), quod reverendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Lubicensis[a 2] pro complemento sui communis servicii etc. triginta sex florenos auri de Camera solidos quadraginta quinque monete Romane, et pro complemento unius minuti servicii (consueti debiti pro familiaribus et officialibus dicti collegii) unum similem florenum solidos triginta octo denarios duos dicte monete nobis per manus venerabilis viri Thome Nicolai de Paulow[3] clerici Wratislauiensis diocesis solvi fecit etc.; de quibus (...dictum... Johannem episcopum Lubucensem... quitamus..). Verum (intellecta mole gravaminum... que ipsum ad solvendum id, in quo camere ac familiaribus et officialibus dicti collegii... remanet efficaciter obligatus, reddunt verisimiliter impotentem...) terminum etc. faciende solucionis[b] serviciorum videlicet per reverendum patrem dominum Wenceslaum[4] predecessorem suum promissorum et non solutorum ac per ipsum dominum Johannem recognitorum usque ad festum Assumpcionis beate Marie Virginis proxime futurum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum[c] Rome apud S. Petrum sub anno Domini MCCC nonagesimo, indiccione XIII), die XII mensis decembris, pontificatus[d] (...Bonifacii... pape noni) anno secundo.

163.

Romae, 14 decembris 1390.

Bonifacius IX Pavoni episcopo Tropiensi, apostolico nuntio, ab omnibus camerae apostolicae collectoribus in Coloniensi, Trevirensi, Moguntina, Pragensi,

161. [h] tu *l. c.*

162. [a] Lubicensis *erronee loco* Lubucensis. [b] *sequ.* dictorum serviciorum *in libro Obl. et Sol.* [c] *sequ.* ut supra *l. c.* [d] *sequ.* ut supra *l. c.*

162. [1] *Vid. supra p. 129 Nr 141 adn. 1.* [2] *Vid. supra p. 131 Nr 144 adn. 1.* [3] *Pawłów, Pawlau, villa in terra Brigensi (Brzeg in Silesia) tum temporis episcoporum Lubucensium propria. Thomas Nicolai de Paulow rector ecclesiae in Fürstenwalde Lubucensis diocesis tum temporis deprehenditur. Vid. infra p. 152 Nr 164.* [4] *Vid. supra p. 132 Nr 144 adn. 2.*

Gneznensi, Salisburgensi et Magdeburgensi provinciis constitutis exigendi rationes facultatem concedit.

Arch. Vat., Reg. Vat. T. 312 f. CCLXXX'. In fine litt. ex parte dextra De curia. B. de Pistorio.

Reg. 1. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 234 nr 422. — 2. Sauerland H. V., Urkunden und Regesten zur Geschichte der Rheinlande VI [Bonn 1912] 142 nr 300 (Publikationen der Gesellschaft für Rheinische Geschichtskunde XXIII).

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris Johanni Manco directis hic supplentur. Vid. supra p. 21—23 Nr 17.*

Bonifacius... Pauoni[1] episcopo Tropiensi[1], apostolice Sedis nuncio... Cum te... pro certis arduis nostris ac Romane ecclesie et camere apostolice per nos tibi commissis negociis ad Alamanie et Boemie ac nonnullas alias partes presencialiter destinemus, fraternitati tue auctoritate nostra vocandi ad presenciam tuam omnes et singulos collectores et succollectores fructuum et proventuum camere apostolice in Coloniensi, Treuerensi, Maguntina, Pragensi, Gneznensi, Salzeburgensi et Magdeburgensi provinciis debitorum, apostolica vel alia quavis auctoritate hactenus deputatos, necnon commissarios et locatenentes eorum quocunque nomine nuncupentur et inquisitores heretice pravitatis ac predicatores verbi Crucis per nos seu auctoritate nostra ad ipsas provincias transmissos, ipsosque ad exhibendum tibi libros et quaternos in quibus recepta, exacta, soluta et gesta per eos et quemlibet eorum nomine et occasione dicte camere ac eciam huiusmodi collectorie, locumtenencie, inquisicionis et predicacionis pretextu describuntur, necnon de huiusmodi receptis, exactis, solutis et gestis raciones et computa reddendum[a] (...compellendi et huiusmodi raciones et computa examinandi... concedimus auctoritate apostolica tenore presencium facultatem... Datum) Rome apud S. Petrum XVIIII Kalendas ianuarii, pontificatus etc. anno secundo.

164.

Romae, 14 decembris 1390.

Bonifacius IX Thomae filio Nicolai de Pawłów officium camerae apostolicae thesaurarii in Alamania et Bohemia committit.

Arch. Vat., Reg. Vat. T. 312 f. CCLXXX'—CCLXXXI'. In margine sinistro ad init. litt. alia manu Indicione XIIII, die sabbati quarta decima mensis ianuarii comparuit coram reverendissimo domino cardinali camerario dictus Thomas Nicolai presentibus dominis de Camera et renunciavit bulle predicte et ideo cancellatum. Nicolaus, *in fine ex parte dextra* De curia. G. Gregorii.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 234—235 nr 423.

Adn. Litterae istae cancell. in Reg. Vat.

Bonifacius etc. dilecto filio Thome Nicolai de Paulow[1] rectori parrochialis ecclesie in Fürstenwalde[2] Lubucensis diocesis salutem etc. Integre fidei probata sinceritas et cir-

163. [a] *sequ.* etc. ut supra de verbo ad verbum folio LXXVI. Sub data

163. [1] *Pavo de Griffis referendarius Bonifacii papae IX ut episcopus Tropiensis (Tropea in Calabria) obligavit se 27. XI. 1390, † 1410 (Eubel C., Hier. cath. I² 500).*

164. [1] *Vid. supra p. 151 Nr 162 adn. 3.* [2] *Fürstenwalde tunc sedes episcopi Lubucensis ad dextram ripam fluvii Sprewa (Spree) prope Frankfurt ad Oderam.*

cumspecta prudencia alieque virtutes, quibus personam tuam fidedignorum testimoniis iuvari percepimus, nobis spem indubiam pollicentur, quod ea, que tibi commiserimus, cum debita diligencia et industria ac fideliter exequeris. Cum igitur venerabilem fratrem nostrum Pauonem episcopum Tropiensem [3] apostolice Sedis nuncium ad nonnullas Alamanie et Boemie ac alias partes pro quibusdam magnis et arduis nostris et Romane ecclesie negociis presencialiter destinemus, sibique pro camera apostolica quamplura negocia gerendi, procurandi, faciendi, expediendi et exequendi plenam concesserimus per nostras litteras potestatem, prout in eisdem litteris plenius continetur; sed quia dictus nuncius debita camere ipsius recipiendi et de receptis quitandi a nobis potestatem non habet, neque, licet de eo plenissime confidamus, certis de causis curat habere, ne defectu potestatis huiusmodi negocia ipsa impediri contingat, nos de fidelitate, discrecione ac diligencia tua summentes in Domino fiduciam specialem, et in hiis utiliter providere volentes, te pro nobis et eisdem Ecclesia et camera in predictis partibus thesaurarium auctoritate apostolica presencium tenore constituimus et eciam deputamus, tibi debita camere predicte, eciam si super illis vel illorum aliquo dictus nuncius a nobis potestatem haberet, prout idem nuncius mandaverit, in partibus illis petendi, exigendi, recuperandi et recipiendi, necnon solventes de receptis et de hiis eciam, que pro dicta camera alias legitime persolvissent, quitandi et perpetuo liberandi et omnia alia et singula in premissis necessaria seu quomodolibet oportuna procurandi, faciendi, exequendi et complendi potestatem plenam et liberam auctoritate predicta harum serie concedentes. Nostre quoque intencionis existit, quod, cum eidem nuncio de florenis decem auri pro suis expensis per prelatos et personas ecclesiasticas parcium predictarum singulis diebus mandaverimus provideri, si forsan, quod absit, talis provisio sibi cum integritate non persolvatur, tu de hiis, que nomine predicte camere recipies, tantum, quantum de provisione huiusmodi defuerit, ipsi nuncio solvere non omittas. Quocirca devocionem tuam attente requirimus et monemus, tibi nichilominus in virtute sancte obediencie districte precipiendo mandantes, quatenus ad partes easdem cum prefato nuncio te personaliter conferens et oportunam in omnibus diligenciam adhibens, officium huiusmodi tibi commissum prudenter exequi studeas et alias te habere in premissis taliter, quod exinde te de fidelitate, solicitudine et prudencia commendare merito valeamus. Volumus autem tibique adiicimus in mandatis, quod unum quaternum sive regestrum tecum portes, in quo omnia et singula, que vigore presencium recipere seu alias in premissis facere te continget, particulatim, distincte ac fideliter conscribantur, et quaternum seu regestrum huiusmodi vel eius copiam publica manu transsumptam tuoque sigillo signatam ad predictam cameram mittere seu portare studeas et reliqua consignare. Datum Rome apud S. Petrum, XVIIII Kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno secundo.

165.

Romae, 14 decembris 1390.

Bonifacius IX Petro Vorisslai de Gozdów beneficium in ecclesia Gneznensi reservat; cuius quidem reservationis executionem episcopo Tudensi, archidiacono et custodi ecclesiae Gneznensis mandat.

164. [3] *Vid. supra p. 152 Nr 163 adn. 1.*

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 18 f. 65'—66 (LXV'—LXVI), series De beneficiis vacaturis anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. Jac. de Teramo.

Bonifacius etc... Petro Vorisslai[a] de Gostowo[1] clerico Gneznensis diocesis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... archiepiscopi Gneznensis et... prepositi, decani, scolastici, cantoris, custodis et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Gneznensis communiter vel divisim pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non fuerit, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, quod tu per te... infra unius mensis spacium, postquam tibi... vacacio illius innotuerit, duxeris acceptandum, conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, decimo octavo Kalendas ianuarii, anno secundo.

Simili modo... episcopo Tudensi[2] et... archidiacono[3] ac custodi[4] ecclesie Gneznensis >< Datum ut supra.

166.

Romae, 15 decembris 1390.

Marinus tit. S. Mariae Novae diaconus cardinalis, camerarius Summi Pontificis, Dobrogostio episcopo Poznaniensi, in regno Poloniae collectori, ut nomine camerae apostolicae bona mobilia, post mortem Bodzanthae archiepiscopi Gneznensis occupata, ab eorum detentoribus exigat, mandat.

Arch. Vat., Armar. XXIX T. 1 f. 223—223' (CXCVIII—CXCVIII').

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris in eodem libro Armar. f. 26 contentis hic supplentur.*

Marinus[1] (sancte Marie nove diaconus cardinalis, domini pape camerarius) reverendo in Christo patri domino Dobrogostio Dei gracia episcopo Poznaniensi[2], in regno Polonie iurium apostolice camere debitorum collectori, salutem etc. Nuper quorundam relacione percepimus, quod bone memorie dominus Bodzantha[3] quondam archiepiscopus Gneznensis, qui tempore vite sue et usque ad mortem quamplura bona, iocalia, annulos, vasa aurea et argentea, pannos, libros et massaricias, equos, mulas et alia diversa habebat, debitum nature persolvit, quodque predicta bona tam per canonicos et capitulum ecclesie Gneznensis quam per alios propinquos et extraneos ipsius defuncti post eius

165. [a] Vorisslai *inepte scriptum loco* Borislai.

165. [1] *Gostowo hodie Gozdów villa in parochia Kościelec prope opp. Kolo tunc in Gneznensi nunc in Wladislaviensi diocesi sita.* [2] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [3] *Vid. supra p. 33 Nr 28 adn. 4.* [4] *Vid. supra p. 34 Nr 30 adn. 1.*

166. [1] *Vid. supra p. 67 Nr 78 adn. 1.* [2] *Vid. supra p. 11 Nr 7 adn. 2.* [3] *Bodzanta de familia Szeligarum ab Urbano papa VI de ecclesia Gneznensi provisus † 26. XII. 1388 et in ecclesia Gneznensi in capella sumptibus suis fabricata est sepultus (Bruchnalski W., Calendarii Cracoviensis notae hist., ed. in Mon. Pol. hist. VI 660; Eubel C., Hier. cath. 1² 265).*

mortem fuerunt et sunt indebite occupata in apostolice camere detrimentum. Cum autem omnia dicta bona, quecunque et ubicunque sint et in quibuscunque consistant, ac fructus, redditus et proventus dicte ecclesie Gneznensis, quousque sibi fuerit de pastore provisum, vigore apostolice reservacionis ad ipsam cameram spectare noscantur, (nos)[a] volentes indempnitati ipsius camere providere, paternitati vestre, ad quam in predictis providere ex collectorie officio pertinere dinoscitur, tenore presencium committimus et mandamus, quatenus auctoritate apostolica vobis per apostolicas litteras alias concessa vel vestra similiter auctoritate, si apostolica vobis commissa facultas ad hoc se non videretur extendere, dicta bona et omnia alia, que ad dictum quondam archiepiscopum, dum viveret, pertinebant, ac iura, credita et debita, quecunque et ubicunque sint et in quibuscunque consistant, nomine apostolice camere antedicte petatis, exigatis et ad manus vestras recipiatis, modificacione Summorum Pontificum infrascripta in omnibus observata, detentores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, insuper assignantes et restituentes de bonis predictis vobis quitandi, absolvendi et liberandi de hiis, que receperitis tantum, nomine quo supra, tenore presencium concedimus facultatem. In premissis tam sollicite et diligenter vos habentes, quod de sollicitudine et fide, ut nostri moris est, possitis non immerito commendari.

Tenor autem dicte modificacionis sequitur et est talis: Volumus siquidem et mandamus, quod de bonis et creditis huiusmodi reservatis debita ipsorum archiepiscoporum, episcoporum et abbatum decedencium pro eorum necessitatibus ac ecclesiarum et monasteriorum predictorum utilitatibus contracta, ac expense decentes et honeste ipsorum funerum, necnon et emende, si alicui debeantur, ac pro remuneracione illorum, qui eis viventibus servierint, iuxta servicii meritum, necnon libri, res et bona, que iidem decedentes ex patrimoniis vel personalibus laboribus et industria seu alias, preterquam ex ecclesiis, monasteriis et locis eorum, acquisierint, dum agerent in humanis, si tamen habeant heredes legitimos, per te legitime deducantur, quodque reservacio nostra huiusmodi ad libros, calices, cruces, vestimenta et alia ornamenta pontificalia aut iocalia ecclesiastica (in)[b] ecclesiis, monasteriis et locis huiusmodi, antequam ipsi decedentes eorum preessent regimini, aut per ipsos, dum viverent et preessent eisdem, sine fraude tamen prefatorum ecclesiarum et monasteriorum et locorum Diuino cultui deputata, et ad boves aliaque animalia ad agriculturam et servicia domorum, ecclesiarum et monasteriorum ac locorum et utensilia, (que)[c] eorundem forent usibus deputata, nullatenus extendatur.

In quorum (testimonium presentes litteras fieri et sigilli nostri camerariatus officii iussimus appensione muniri). Datum Rome apud S. Petrum, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, indiccione terciadecima, die quintadecima mensis decembris, pontificatus etc. anno secundo.

167.

Romae, 16 decembris 1390.

Mathias abbas monasterii in Sagano Wratislaviensis diocecis in camerae apostolicae thesauraria propter paupertatem a solutione communis servitii liberatur.

Arch. Vat., Obl. et Sol. T. 48 f. 146' (LXXXXIII', 111'). In margine sinistro ad init. litt. Abbatis monasterii in Saghano.

166. [a] nos *omissum in lib. Armar.* [b] in *ab editore suppletum* [c] que *ab editore suppletum*

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 236 nr 425.

Adn. Uncinis inclusa loco Anno, indiccione, pontificatus, loco, die, mense, coram et presentibus quibus supra *ex similibus inscriptionibus supra in eodem libro Obl. et Sol. contentis hic supplentur.*

(Anno Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi millesimo trecentesimo nonagesimo, indiccione tercia decima, pontificatus[1] sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii Diuina providencia pape noni anno secundo, in Urbe in apostolico palacio apud sanctum Petrum in thesauraria apostolice camere, die vero veneris sexta decima dicti mensis decembris, coram reverendissimo in Christo patre et domino domino Marino[2] miseracione Diuina sancte Marie Nove dyacono cardinali, domini pape camerario, presentibus reverendo in Christo patre domino Augustino[3] Dei gracia episcopo Perusino, domini nostri pape thesaurario, et venerabilibus viris dominis Paulo, Baylardino et Francisco apostolice camere et Jacobo Collegii clericis) venerabilis pater frater Mathias abbas monasterii in Saghano[4] ordinis sancti Augustini Wratislauiensis diocesis fuit hac vice dumtaxat propter paupertatem dicti monasterii a prestacione sui communis servicii liberatus.

168.

Romae. 19 decembris 1390.

Bonifacius IX Pavoni episcopo Tropiensi, nuntio apostolico, componendi cum clero provinciarum Coloniensis, Moguntinae, Trevirensis, Pragensis, Salisburgensis Gneznensis et Magdeburgensis ac diocesis Cameracensis super decima ei nuper a Sede apostolica imposita facultatem concedit.

Arch. Vat., Reg. Vat. T. 312 f. CCLXXXVII—CCLXXXVII'). In fine litterarum ex parte dextra De curia. B. de Fontanellis, *ex sinistra* com(putavi).

Ed. (in excerpto) 1. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 237—238 nr 427. — 2. Sauerland H. V., Urkunden und Regesten zur Geschichte der Rheinlande VI 142 nr 301.

Bonifacius etc. venerabili fratri Pauoni episcopo Tropiensi[1], apostolice Sedis nuncio, salutem etc Nuper ex certis racionalibus causis ad id nostrum inducentibus animum decimam omnium reddituum et proventuum ecclesiasticorum in Coloniensi, Maguntinensi, Treuerensi, Pragensi, Salzeburgensi, Gneznensi et Magdeburgensi provinciis et civitate ac diocesi Cameracensibus consistencium per duos annos a Kalendis ianuarii proxime futuri inchoandos et continue subsequentes in certis terminis tunc expressis ab omnibus et singulis archiepiscopis et episcopis ac prelatis et personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, huiusmodi redditus et proventus in predictis provinciis et civitate ac diocesi obtinentibus et infra dictum biennium obtenturis, cuiuscunque

167. [1] *»Die iovis decima dicti mensis novembris mutatur pontificatus et scribitur annus secundus« (Arch. Vat., Obl. et Sol. T. 48 f. 143).* [2] *Vid. supra p. 67 Nr 78 adn. 1.* [3] *Vid. supra p. 86 Nr 97 adn. 2.* [4] *Mathias I abbas monasterii B. Mariae ordinis S. Augustini in Sagano (Żegań ad fl. Bóbr) aa. 1390—1394 (Catalogus abbatum Saganensium, ed. in Scriptores rerum Silesiacarum I [Breslau 1835] 225—230).*

168. [1] *Vid. supra p. 152 Nr 163 adn. 1.*

preeminencie, dignitatis, status, gradus, religionis, ordinis vel condicionis existerent, quibusdam de more exceptis, solvendam, exigendam et colligendam ac in relevacionem onerum apostolice camere incumbencium convertendam auctoritate apostolica per alias nostras litteras duximus imponendam. Cum autem pro quibusdam magnis et arduis nostris et Romane ecclesie negociis te ad partes illas presencialiter destinemus et forsan pro necessitate rerum agendarum sit futurum expediens et honestum, quod de et super decima ipsa cum archiepiscopis, episcopis, prelatis et personis predictis aliqua composicio fiat, nos de prudencia tua summentes in Domino fiduciam specialem, fraternitati tue super decima huiusmodi cum archiepiscopis, episcopis, prelatis et personis supradictis, si et prout tue circumspeccioni videbitur, componendi plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presencium concedimus facultatem, ratum habituri et gratum, quicquid egeris in premissis. Datum Rome apud S. Petrum, XIIII Kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno secundo.

169.

Romae, 19 decembris 1390.

Bonifacius IX Mathiam canonicum monasterii ordinis S. Augustini in Sagano Wratislaviensis diocesis eidem monasterio in abbatem praeficit. Sequuntur duo mandata: conventui eiusdem monasterii, ut obedientiam eidem abbati exhibeat, necnon episcopo Wratislaviensi, ut eundem Mathiam abbatem favore prosequatur.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 13 f. 124'—125' (CII'—CIII') series De provisionibus prelatorum anno secundo. *In fine litterarum* N. XVIII, VIIII, VIIII de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 238—239 nr 428.

Bonifacius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Mathie[1] abbati monasterii de Sagano ordinis sancti Augustini Wratislauiensis diocesis salutem etc. Inter solicitudines varias, quibus assidue premimur, illa assidue pulsat et excitat mentem nostram, ut status ecclesiarum et monasteriorum omnium, cure nostre Diuina prouidencia commissorum, spiritualiter et temporaliter augeatur, quodque illis, que suis destituta pastoribus vacacionis incommoda deplorare noscuntur, tales ministros preficere studeamus, per quorum regimen ecclesie et monasteria ipsa utiliter et salubriter valeant gubernari. Dudum siquidem quondam Johanne[2] abbate monasterii de Sagano ordinis sancti Augustini Wratislauiensis diocesis regimini eiusdem monasterii presidente, nos cupientes eidem monasterio, cum vacaret, per apostolice Sedis providenciam utilem et ydoneam preesse personam, provisionem eiusdem monasterii ordinacioni et disposicioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero, cum prefatum monasterium per ipsius Johannis abbatis obitum, qui extra Romanam curiam decessit, vacavisset, nos vacacione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta ad provisionem eiusdem monasterii celerem et felicem. de qua nullus preter nos ea vice se intromittere potuerat sive poterat reservacione et decreto obsistentibus supradictis, ne monasterium ipsum longe vacacionis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes,

169. [1] *Vid. supra p. 156 Nr 167 adn. 4.* [2] *Johannes II abbas in Sagano aa. 1376—1390 (Catalogus abbatum Saganensium, ed. in Scriptores rerum Silesiacarum I 199—222).*

de persona quondam Nicolai[3] dicti monasterii abbatis eidem monasterio auctoritate apostolica providimus ipsumque illi preficimus in abbatem. Cum itaque postmodum prefatus Nicolaus, litteris apostolicis super huiusmodi provisione non confectis, extra dictam curiam viam fuerit universe carnis ingressus, et secundum premissa prefatum monasterium adhuc ut prefertur vacare noscatur, nullusque de illius provisione preter nos hac vice se intromittere potuerit sive possit reservacione et decreto obsistentibus supradictis, ne monasterium ipsum longioris vacacionis sustineat detrimenta, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberacionem, quam de preficiendo eidem monasterio personam utilem et eciam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te canonicum eiusdem monasterii, ordinem ipsum expresse professum et in sacerdocio constitutum, cui de religionis zelo, litterarum sciencia, vite mundicia, honestate morum, spiritualium providencia et temporalium circumspeccione aliisque multiplicium virtutum donis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, et pro quo eciam dilecti filii conventus eiusdem monasterii per suas patentes litteras nobis super hoc humiliter supplicarunt, direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus debita meditacione pensatis de persona tua nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigenciam meritorum accepta, eidem monasterio de ipsosum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in abbatem, curam et administracionem ipsius monasterii tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo. In illo, qui dat gracias et largitur premia, confidentes, quod dirigente Domino actus tuos prefatum monasterium per tue circumspeccionis industriam et studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Volumus autem, quod in dicto monasterio solitus canonicorum et ministrorum numerus nullatenus minuatur. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi a Domino onus regiminis dicti monasterii suscipiens reverenter, sic te in eius cura salubriter exercenda diligentem exhibeas et eciam studiosum, quod monasterium ipsum gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissum, tuque preter eterne retribucionis premium nostram et dicte Sedis benediccionem et graciam exinde uberius consequi merearis. Datum Rome apud S. Petrum, quarto decimo[a] Kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno secundo.

Simili modo: Dilectis filiis conventui monasterii de Sagano ordinis sancti Augustini Wratislauiensis diocesis salutem etc. Inter solicitudines varias, quibus etc. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem abbatem tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedienciam et reverenciam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis; alioquin sentenciam, quam idem abbas rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfaccionem condignam inviolabiliter observari. Datum ut supra.

Simili modo: Venerabili fratri .. episcopo Wratislauiensi[4] salutem etc. Inter solicitudines etc. Cum itaque, ut idem abbas in commissa sibi cura predicti monasterii, quod tibi ordinario iure subesse dinoscitur, facilius proficere valeat, tuus favor ei fore noscatur plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus eundem abbatem et commissum sibi monasterium habens

169. [a] XIIII *cancell. et corr.* decimo quarto *in Reg. Lat.*

169. [3] *Nicolaus Frankinstein 23. II. — 21. IX. 1390 (Catalogus abb. Saganensium, ed. supra c. 225).* [4] *Vid. supra p. 132 Nr 144 adn. 2.*

pro nostra et apostolice Sedis reverencia propensius commendatos, in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos tui favoris presidio prosequaris, quod idem abbas in commisso sibi eiusdem monasterii regimine se possit utilius exercere, tuque Diuinam misericordiam et nostram ac dicte Sedis benivolenciam et graciam exinde uberius consequi merearis. Datum ut supra.

170.

Romae, 20 decembris 1390.

Marinus tit. S. Mariae Novae diaconus cardinalis, Summi Pontificis camerarius, in camerae apostolicae thesauraria Nicolai episcopi Culmensis obligationes recipit.

Arch. Vat., 1. Obl. et Sol. T. 48 f. 147₂ (LXXXXIIII₂). In margine sinistro ad init. litt. Episcopi Culmensis. — *2. Obl. et Sol. T. 52 f. 26'—27 (VI'—VII). In margine sinistro ad init. litt.* Episcopus Culmensis.

Adn. Uncinis inclusa loco in Cop. 1 anno, indiccione, pontificatus, loco, coram et presentibus quibus supra *ex similibus litteris in libro Obl. et Sol. T. 48 f. 126 contentis hic supplentur.*

([a]Anno... milesimo trecentesimo nonagesimo, indiccione tercia decima, pontificatus... Bonifacii... pape noni anno secundo, in Urbe in apostolico palacio apud sanctum Petrum in thesauraria apostolice camere, coram... Marino[1]... sancte Marie Noue dyacono cardinali, domini pape camerario, presentibus... Augustino[2]... episcopo Perusino, domini nostri pape thesaurario et venerabilibus viris dominis Paulo Baylardino et Francisco Camere et Jacobo Collegii clericis[a]), [b]die Martis vigesima[b] dicti mensis decembris reverendus frater dominus Nicolaus[3] episcopus Culmensis personaliter promisit Camere et Collegio pro suo communi servicio[c] septuaginta florenos auri de Camera et quinque servicia consueta.

[d]Item recognovit Camere et Collegio pro communi servicio domini Reynhardi[e] [4] predecessoris sui ducentos nonginta tres similes florenos et pro quinque serviciis centum octo similes florenos solidos sex[f] denarios octo monete Romane[d].

Solvendo medietatem promissi a festo Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi proxime futuro ad annum extunc proxime futurum et aliam medietatem in festo Assumpcionis beate Marie Virginis extunc proxime secuturo; et [g]totum recognitum[g] in festo Resurreccionis Domini nostri Ihesu Christi extunc [h]immediate postea[h] secuturo. Alioquin etc. Iuravit etc.

170. a—a anno, indiccione, pontificatus *Cop. 2* b—b die XXII *Cop. 2* c XVI cardinales *in margine Cop. 1 et 2* d—d *cancell. in Cop. 1 cum hac in margine nota* Indiccione XV, die XV februarii satisfactum de recognito pro domino Reynhardo, ideo cancellata et quere ad dictam diem in libro Solucionum communium serviciorum e XV cardinales anno VII Urbani *in margine Cop. 2* f sexdecim *Cop. 2* g—g recognita *Cop. 2* h—h proxime *Cop. 2*

170. 1 *Vid. supra p. 67 Nr 78 adn. 1.* 2 *Vid. supra p. 86 Nr 97 adn. 2.* 3 *Nicolaus Bock de Schippenbeil episcopus Culmensis a. 1398 translatus ad ecclesiam Caminensem (Eubel C., Hier. cath. I² 216).* 4 *Vid. supra p. 10 Nr 0 adn. 4.*

171.

Romae, 20 decembris 1390.

Henricus tit. S. Anastasiae presbyter cardinalis, collegii cardinalium camerarius, Johannem episcopum Revaliensem de solutis pecuniis quitat.

Arch. Vat., Obl. et Sol. T. 59 f. 35' (14'). In margine sinistro ad init. litt. Episcopi Reuallien. in Liuonia, *in fine* flor. II gr. II.

Reg. Woelky C. P. Dr, Urkundenbuch des Bisthums Culm I [Danzig 1885] 302 nr 386.

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris in libro Obl. et Sol. T. 47 contentis hic supplentur.*

Henricus[1] (...tituli S. Anastasie presbyter cardinalis, vulgariter Neapolitanus nuncupatus, sacri collegii... cardinalium camerarius... notum facimus...), quod... Johannes[2]... episcopus Reualiensis pro parte partis sui communis servicii, (in quo camerae collegii... cardinalium... racione ecclesie Reualiensis existit efficaciter obligatus), quadraginta tres florenos auri de Camera solidos duos denarios novem monete Romane et pro parte partis unius minuti servicii (consueti, debiti pro familiaribus et officialibus dicti collegii), duos similes florenos solidos triginta octo denarios decem dicte monete nobis[a] (et familiaribus et officialibus dicti collegii) die date presencium tempore debito per manus... domini Nicolai[3]... episcopi Culmensis solvi fecit... De quibus (sic datis, sic solutis dictum... Johannem episcopum Reualiensem eiusque heredes et successores et dictam suam ecclesiam tenore presencium quitamus...). Verum (intellecta mole gravaminum...) terminum (faciende solucionis residui dictorum communis et unius minuti serviciorum pro suo recognito) usque ad festum Assumpcionis B. Marie Virginis proxime futurum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum (Rome apud S. Petrum) sub anno Domini MCCC nonagesimo, indiccione XIII, die vicesima mensis decembris (pontificatus... Bonifacii pape noni) anno secundo[b][4].

172.

Romae, 27 decembris 1390.

Bonifacius IX fratrem Laurentium ordinis S. Augustini, filium Nicolai Humilatoris de Wratislavia, in suum et apostolicae Sedis capellanum recipit.

---

171. [a] etc. *omissum in libro Obl. et Sol.* [b] primo *erronee scriptum in libro Obl. et Sol.*

171. [1] *Vid. supra p. 129 Nr 141 adn. 1.* [2] *Episcopus Revaliensis (Tallin in Estonia) Johannes Rekeling obligavit se personaliter Romae 10. III. 1390; † 1398 (Eubel C., Hier. cath. I² 420).* [3] *Vid. supra p. 159 Nr 170 adn. 3.* [4] *Sub eadem data divisio particularis pecuniarum summae per Nicolaum episcopum Culmensem nomine et loco Johannis episcopi Revaliensis solutae in libro Divisionum de hoc anno (Arch. Vat., Obl. et Sol. T. 51 f. 29) hoc modo adnotatur.* Die XX mensis decembris (a. 1390) ...Jo(hannes) episcopus Reualiensis solvit pro parte partis sui communis servicii flor. XLIII sol. II den. IX et pro minuto flor. II sol. XXXVIII den. X. Fuit promotus anno primo domini Bonifacii. Fuerunt in ipsius promocione cardinales XVIII videlicet Alanconio, Pisanus, Auersanus, Tudertinus, Monopolitanus, Anglicanus, Neapolitanus, Paduanus, Yserniensis, Florentinus, de Flisco, Bononiensis, Bulcanus, Alifia, Brancaciis, de Laude, Reatinus, Barensis. Capiunt hii pro communi et minuto flor. XLV sol. XLI den. VIII. Capit clericus collegii sol. XXII den. X. Capit quilibet *cardinalium* flor. II sol. XXVI. Capit Camera porcionem domini de Alifia, que ascendit ad summam flor. II sol. XXVI et obulum.

Arch. Vat., 1. Reg. Vat. T. 313 f. CCXXXVIIII$_2$ (245$_2$, 243$_2$). In fine litterarum ex parte dextra Registrata gratis. J. Cambonis, *ex sinistra* X com(putavi). — *2. Reg. Lateran. T. 10 f. 316$_4$ (CCCXVI$_4$), series* De capellanatu honoris anno primo et secundo. *In fine litterarum* N. X de Benevento. — *3. Armar. XXXI T. 36 f. 49$_6$ (47$_6$)*

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 242 nr 437.

Adn. Harum litterarum forma ut supra p. 69 Nr 80.

Bonifacius etc. dilecto filio fratri Laurencio Nicolai Humilatoris de Wratislauia canonico monasterii sancte Marie extra muros Wratislauienses ordinis sancti Augustini[1], capellano nostro, salutem etc. Virtutibus clarens [a]et meritis[a] etc. Nulli ergo etc. [b]nostre recepcionis et aggregacionis infringere etc.[b] [c]Si quis autem etc.[c] Datum Rome apud S. Petrum, sexto kalendas ianuarii, [d]pontificatus nostri anno secundo[d].

173.

Romae, 27 decembris 1390.

Bonifacius IX Gregorio Gregorii de Rajsko filio beneficium ecclesiasticum ad collationem episcopi et capituli Cracoviensis pertinens reservat; cuius quidem reservationis executionem episcopo Eugubino et Lublinensis ac Sandomiriensis ecclesiarum archidiaconis mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 19 f. 12'—13' (CXXXIII—CXXXIII'), series De beneficiis vacaturis anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. Jac. de Teramo.

Bonifacius... Gregorio Gregorii de Raysko[1] clerico Cracouiensis diocesis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi, qui ut asseritur in iure canonico studes... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem venerabilis fratris nostri.. episcopi et dilectorum filiorum capituli Cracouiensium communiter vel divisim pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, sexto[a] kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno secundo.

Simili modo venerabili fratri.. episcopo Eugubino[2] et dilectis filiis.. Lublinensis[3]

172 [a—a] *deest in Cop. 1 et Cop. 3* [b—b] *deest in Cop. 1 et Cop. 3* [c—c] *deest in Cop. 2* [d—d] *deest in Cop 2.*

172. [1] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 2.*

173 [a] sexto *in margine cum nota* Jac. *loco cancell.* VI *in Reg. Lat.*

173. [1] *Rajsko; huius nominis plures villae existunt et quidem tres tunc nobilium, una prope opp. Wieliczka in par. Kosocice et altera prope opp. Oświęcim in par. Oświęcim, etiam nunc in diocesi Cracoviensi, tertia in par. Sędziszów prope Jędrzejów nunc in diocesi Kielcensi necnon quarta tunc episcopatus Cracoviensis propria in par. Szczurowa prope opp. Bochnia nunc in diocesi Tarnoviensi.* [2] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 1.* [3] *Archidiaconus Lublinensis magister Nicolaus Petri filius, canonicus Cracoviensis 30. IX. 1383, Nicolaus decretorum doctor, archidiaconus Lublinensis, ecclesiae Cracoviensis canonicus et administrator sede tunc vacante, 14. I. 1392 deprehenditur (Kod. kat. krak. II 99, 166 nr 321, 383).*

ac.. Sandomiriensis[4] ecclesiarum archidiaconis Cracouiensis diocesis >< Datum Rome apud S. Petrum, sexto[b] kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno secundo.

174.

Romae, 31 decembris 1390.

Bonifacius IX magistro Johanni de Dülmen causarum palatii apostolici auditori, ut Petrum de Żnin ad omne ius, quod quondam Janussio Nicolai de Górka filio in scholastria ecclesiae Gneznensis competebat, surroget, mandat.

Arch. Vat., 1. Reg. Lateran. T. 13 f. 271'—272' (CCXLVIII'—CCXLIIII'), series De curia anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria). Cancellata, quia posita alibi videlicet: De exhibitis anno secundo. — *2. Reg. Lateran. T. 1 f. 53, series* (De exhibitis anno secundo).

Adn. Cop. 2 incipit recte in f. 53' sed inepte ligata signata est f. 53; finis harum litterarum deest in Reg. Lat.

Bonifacius... magistro Johanni de Dulmen[1] capellano nostro et causarum palacii apostolici auditori... Vite ac morum honestas... super quibus... Petrus de Zneyna[2] canonicus Gneznensis... commendatur... nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte ipsius Petri peticio continebat, quod orta dudum inter ipsum et quondam Janussium Nicolai de Gorka[a 3] clericum super scolastria ecclesie Gneznensis, quam tunc per obitum quondam Kelczonis de Toliscowo[b 4] ipsius ecclesie scolastici extra Romanam curiam defuncti vacantem Petrus auctoritate quarundam litterarum apostolicarum graciose sibi concessarum, prout ex ipsarum forma poterat, infra tempus legitimum acceptasse et de illa sibi provisum fuisse canonice, dictumque Janussium se gracie, acceptacioni et provisioni huiusmodi contra iusticiam opposuisse et fecisse, quominus gracia, acceptacio et provisio predicte debitum sortirentur effectum, dictamque scolastriam occupasse et detinuisse indebite occupatam, Janussius vero predicti dictam scolastriam ad se de iure spectare asserebant, prout adhuc idem Petrus asserit, materia questionis et causa huiusmodi ad Sedem apostolicam legitime in-

173. [b] sexto *in margine loco cancell.* VI *in Reg. Lat.*

173. [4] *Archidiaconus Sandomiriensis et canonicus Cracoviensis Sulislaus de Miodary aa. 1383—1397 deprehenditur (Kod. kat. krak. II 99, 212 nr 321, 418), qui benefactor vicariorum ecclesiae cathedralis Cracoviensis obiit 8. VII. 1397 (Bruchnalski W., Calendarii Crac. notae hist., ed. in Mon. Pol. hist. VI 661—2).*

174. [a] Gora *Cop. 1.* [b] Tholiscowo *Cop. 2*

174. [1] *Vid. supra p. 88 Nr 99 adn. 1.* [2] *Żnin ad lacum eiusdem nominis sedes decani et oppidum, tunc et nunc in diocesi Gneznensi situm. Petrus filius Wislai de Żnin canonicus Poznaniensis ab a. 1367, Gneznensis ab a. 1371, plebanus in Chełmce, a. 1382 nomine capituli Gneznensis Ludovicum Hungariae et Poloniae regem rogavit, ut Dobrogostii in archiepiscopum Gneznensem electionem approbaret (Korytkowski J., Kanonicy i prałaci katedry metropolitalnej gnieźnieńskiej IV 513).* [3] *Aut Góra villa prope opp. Żnin aut Górka, cuius nominis plures villae existunt. Janussius scholasticus Gneznensis 24. IV. 1387 deprehenditur (Kod. WP. III 590 nr 1863).* [4] *Tuliszków prope opp. Turek nunc sedes decani in diocesi Wladislaviensi. Kelczo de Tholiscowo custos Gneznensis aa. 1346—1349, scholasticus Gneznensis aa. 1350—1375, canonicus Poznaniensis a 1376 deprehenditur (Kod. WP. II 578, 617 nr 1252, 1285, III 2, 436, 449 nr 1293, 1717, 1728).*

troducta ...Urbanus papa VI... causam huiusmodi... Bertrando episcopo Eugubino[5] tunc capellano Sedis predicte et auditori causarum palacii apostolici ad dicti Petri[c] instanciam audiendam commisit et fine debito terminandam. Et deinde, postquam tam coram episcopo tunc quam eciam coram nonnullis aliis causarum dicti palacii auditoribus, quibus causa ipsa commissa fuerat, ad nonnullos actus in causa huiusmodi inter partes easdem processum fuerat, dicto predecessore... viam universe carnis ingresso, nos... causam ipsam tibi audiendam commisimus et fine debito terminandam, tuque in causa huiusmodi ad quosdam alios actus citra tamen conclusionem inter partes predictas diceris processisse. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, predictus Janussius in possessione dicte scolastrie existens lite huiusmodi sic indecisa pendente extra prefatam curiam debitum nature persolverat, nos... ne dicto Petro in causa ipsa novus adversarius surrogetur, providere... volentes... discrecioni tue... mandamus, quatenus eundem Petrum, dummodo ipse in dicta scolastria intrusus non fuerit, in omni iure et ad omne ius, si quod prefato Janussio tempore sui obitus in ipsa scolastria, que dignitas sine cura non tamen maior post pontificalem in eadem ecclesia existit et ad quam quis per eleccionem non assumitur, cuiusque fructus... quadraginta marcharum argenti... valorem annuum, ut idem Petrus asserit, non excedunt, seu ad eam tempore sui obitus quomodolibet competebat... surroges, dictumque ius sibi conferas et provideas eciam de eodem, ac ad huiusmodi ius et eius prosecucionem... et ad possessionem ipsius scolastrie, in qua prefatus Janussius erat... admittas... et nichilominus, si per eventum litis huiusmodi tibi constiterit neutri Janussii dum vixit, competisse aut Petri prefatorum in dicta scolastria ius competere, eandem ,scolastriam, si ut premittitur vacat, et tempore date presencium non sit in ea alicui specialiter ius quesitum... dicto Petro auctoritate predicta conferas et assignes... Non obstantibus... seu quod idem Petrus predicte et Poznaniensis et Rudensis[6] ecclesiarum canonicatus et prebendas, quorum ommium fructus... triginta marcharum argenti... valorem annuum, ut idem Petrus asserit, non excedunt, ac parrochialem ecclesiam in Chelmcze[7] Gneznensis diocesis noscitur obtinere, quam quidem parrochialem ecclesiam, postquam scolastriam predictam pacifice fuerit assecutus, dimittere tenetur... Datum Rome apud S. Petrum, secundo kalendas ianuarii, anno secundo.

175.

(Romae, 1390—1391).

Bonifacius IX Jaroslao Czeslai de Kłobukowo filio de canonicatu ecclesiae Gneznensis sub expectatione praebendae, dignitatis, personatus vel officii in ecclesia vel diocesi Gneznensi providet.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 19 f. 187' (CCCXIII'), series De prebendis vacantibus anno secundo.

Adn. Litterae cancellatae in Reg. Lateran.

174. [c] *hic finit Cop. 2.*

174. [5] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 1.* [6] *Ruda nunc in diocesi Częstochoviensi villa prope civitatem Wieluń sita, in qua tunc ecclesia collegiata erat; quae collegiata postea a. 1420 in dictam civitatem est translata.* [7] *Chelmce villa parochialis civitatis Calissiensis propria, nunc in diocesi Wladislaviensi sita.*

Bonifacius... Jaroslao Czeslai de Clobucowo[1] canonico Gneznensi, familiari nostro... Grata tue devocionis et familiaritatis obsequia, que nobis et apostolice Sedi hactenus impendisti et adhuc solicitis studiis impendere non desistis, necnon nobilitas generis, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, quibus personam tuam tam familiari experiencia quam eciam fidedignorum testimoniis iuvari percepimus, nos inducunt, ut tibi reddamur ad graciam liberales. Volentes itaque tibi, qui ut asseris de nobili genere procreatus existis... facere graciam specialem, canonicatum ecclesie Gneznensis... apostolica tibi auctoritate conferimus, prebendam vero eiusdem ac dignitatem vel personatum seu officium ipsius vel alicuius collegiatarum ecclesiarum civitatis vel diocesis Gneznensis, eciam si dignitas huiusmodi curata et in aliqua ex collegiatis ecclesiis huiusmodi principalis existat, et ad quem quis per eleccionem assumatur, dummodo dignitas ipsa in dicta Gneznensi ecclesia maior post pontificalem non fuerit, si que vel si qui aut si qua vacant ad presens vel cum simul aut successive vacaverint, quas vel quos seu que tu per te vel procuratorem tuum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spacium, postquam tibi vel eidem[a]

176.

Romae, 3 ianuarii 1391.

Bonifacius IX Mathiae abbati monasterii ordinis S. Augustini in Sagano Wratislaviensis diocesis, ut benedictionis munus recipere valeat, concedit.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 12 f. 170'—171 (CXCIII'—CXCIIII), series De diversis formis anno secundo, *In fine litterarum* N. X de Benevento.

Reg. Crofta C,. Mon. Vat. Boh. V 244 nr 441.

Bonifacius etc. dilecto filio Mathie[1] abbati monasterii in Sagano ordinis sancti Augustini Wratislauiensis diocesis salutem etc. Cum nuper monasterio in Sagano ordinis sancti Augustini Wratislauiensis diocesis, abbatis regimine destituto, de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigenciam meritorum accepta de fratrum eorundem concilio duxerimus auctoritate apostolica providendum preficiendo te illi in abbatem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur, nos ad ea, que ad tue commoditatis augmentum cedere valeant, favorabiliter concedentes, tuis supplicacionibus inclinati, tibi, ut a quocumque malueris catholico antistite graciam et communionem apostolice Sedis habente munus benediccionis recipere valeas, ac eidem antistiti, ut munus predictum auctoritate nostra impendere libere tibi possit, plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem. Volumus autem, quod idem antistes, qui tibi prefatum munus impendet, postquam illud tibi impenderit, a te nostro et Romane ecclesie nomine fidelitatis debite solitum recipiat iuramentum iuxta formam, quam sub bulla nostra mittimus interclusam, ac formam iuramenti, quod te prestare contigerit, nobis de verbo ad verbum per tuas patentes liiteras tuo sigillo signatas per proprium nuncium quanto-

175. [a] *reliqua pars litterarum deest in Reg. Lat.*

175. [1] *Kłobukowo villa in par. Bądkowo tunc in Gneznensi nunc in Wladisłaviensi diocesi sita. Jaroslaus de Kłobukowo stemmatis Oksza archidiaconus Gneznesis aa. 1394—1399 deprehenditur (Korytkowski J. ks., Pralaci i kanonicy katedry metropolitalnej gnieźnieńskiej II 260).*

176. [1] *Vid. supra p. 136 Nr 167 adn. 4 et p. 157 Nr 169.*

cius destinare procures; quodque per hoc venerabili fratri nostro episcopo Wratislauiensi, cui dictum monasterium ordinario iure subesse dinoscitur, nullum inposterum preiudicium generetur. Datum Rome apud S. Petrum, tercio nonas ianuarii, anno secundo.

177.

Romae, 4 ianuarii 1391.

Bonifacius IX cum Nicolao Jacobi de Sandomiria filio clerico Cracoviensis diocesis, ut beneficia ecclesiastica defectu natalium non obstante recipere valeat, dispensat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 11 f. 90'—91 (XC'—XCI); series De diversis formis anno secundo. *In fine litterarum* N. XXX de Benevento.

Bonifacius etc. dilecto filio Nicolao Jacobi de Sandomiria[1] clerico perpetuo beneficiato in ecclesia Cracoviensi salutem etc. Vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis ac virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt, ut te specialibus favoribus prosequamur. Exhibita siquidem nobis pro parte tua peticio continebat, quod olim tecum, ut non obstante defectu natalium[a], quem pateris de presbytero genitus et soluta, ad omnes eciam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, eciam si curam haberet animarum, obtinere posses, fuit auctoritate apostolica dispensatum; post quam quidem dispensacionen in clericum rite promotus quoddam perpetuum beneficium sine cura in ecclesia Cracouiensi[b], certo modo tunc vacans, canonice tibi collatum assecutus fuisti illudque extunc tenuisti et possedisti, prout tenes et possides pacifice et quiete. Nos igitur volentes te premissorum meritorum tuorum intuitu, necnon consideracione carissime in Christo filie nostre Hedwigis regine Polonie[c] illustris pro te consiliario et notario carissimi filii nostri Wladislay regis Polonie[c] illustris, viri sui, nobis super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gracie amplioris, huiusmodi ipsius regine ac tuis in hac parte supplicacionibus inclinati tecum, ut quecumque alia beneficia ecclesiastica compatibilia, eciam si canonicatus et prebende ac dignitates in cathedralibus vel collegiatis et dignitates ipse maiores post pontificales in cathedralibus aut collegiatis ecclesiis huiusmodi principales fuerint, si tibi alias canonice conferantur, recipere et retinere illaque ex causa permutacionis vel alias dimittere et loco dimissorum alia similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica se invicem compaciencia recipere et retinere libere et licite valeas defectu predicto et Pictauensis concilii et aliis quibuscumque constitucionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus huiusmodi beneficia forsan fuerint, contrariis iuramento, confirmacione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica tenore presencium dispensamus de speciali gracia; tibi nichilominus de uberioris dono gracie concedentes, quod in quibuscumque graciis per te vel pro te de cetero a Sede apostolica impetrandis nullam de dicto defectu tenearis

177. [a] latalium *Reg. Lat.* [b] Cacouien. *l. c.* [c] Pollonie *l. c.*

177.[1] *Nicolaus Jacobi de Sandomiria, vulgo Nicolaus Trąba dictus, tum Wladislai regis Poloniae consiliarius, postmodum Regni vicecancellarius, praepositus ecclesiae S. Floriani extra muros Cracoviae, tandem archiepiscopus primum Haliciensis aa. 1410—1412 dein Gneznensis — † 2. vel 3. XII. 1422 (Eubel C., Hier. cath. I² 265, 271).*

facere mencionem. Nulli ergo etc. nostre dispensacionis et concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, secundo nonas ianuarii, anno secundo.

178.

Romae, 6 ianuarii 1391.

Bonifacius IX Nicolao Alberti de Górka Mała filio beneficium ecclesiasticum ad collationem archiepiscopi, capituli, praelatorum et canonicorum ac personarum ecclesiae Gneznensis pertinens reservat; cuius quidem reservationis executionem episcopo Tudensi, archidiacono et custodi ecclesiae Gneznensis mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 19 f. 20'—21' (CXLI'—CXLII') series De beneficiis vacaturis anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. N. de Benevento.

Adn. Vid. supra p. 31 Nr 27.

Bonifacius etc.... Nicolao Alberti de Paruagorka[1] clerico Poznaniensis diocesis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi, qui ut asseris nullum beneficium ecclesiasticum assecutus existis... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... archiepiscopi Gneznensis et... prepositi, decani, archidiaconi, scolastici, cantoris, custodis, thesaurarii et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Gneznensis communiter vel divisim pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, octavo idus ianuarii, anno secundo.

Simili modo... episcopo Tudensi[2] et... archidiacono[3] ac custodi[4] ecclesie Gneznensis >< Datum ut supra.

179.

Romae, 7 ianuarii 1391.

Bonifacius IX omnibus parochialem ecclesiam in Hajnów Wratislaviensis diocesis visitantibus et ad eius reparationem manus adiutrices porrigentibus certas indulgentias elargitur.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 12 f. 208—208' (CCXXXI—CCXXXI'), series De diversis formis anno secundo. *In fine litterarum* N. XVI de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 245 nr 443.

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris hic supplentur (Crofta C., o. supra c. 08 nr 153).*

Bonifacius etc. universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. Licet is, de cuius munere venit, (ut sibi a suis fidelibus digne et laudabiliter serviatur,

178. [1] *Górka Mała villa prope opp. Września, tunc et nunc in par. Opatówko in diocesi Poznaniensi sita.* [2] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [3] *Vid. supra p. 33 Nr 28 adn. 4.* [4] *Vid. supra p. 34 Nr 30 adn. 1.*

de abundancia sue pietatis, que merita supplicum excedit et vota bene servientibus sibi multo maiora retribuit, quam valeant promereri, nichilominus tamen desiderantes Domino reddere populum acceptabilem et bonorum operum sectatorem fideles ipsos ad complacendum sibi quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgenciis scilicet et remissionibus, invitamus, ut exinde reddantur Diuine gracie apciores). Cum itaque, sicut accepimus, parrochialis ecclesia oppidi Haynaw[1] Wratislauiensis diocesis, que ab olim laudabiliter constructa fuerat, proximis temporibus propter cuiusdam turris casum sit pro maiori parte collapsa, campanis et organis, que ibidem prius erant, in toto destructis, et nisi de celeris subvencionis remedio succurratur, quod pars ipsius ecclesie, que remansit, totaliter corruat, sit verisimiliter dubitandum, nos cupientes, quod ecclesia ipsa congruis honoribus frequentetur et eciam reparetur et ut Christi fideles eo libencius causa devocionis confluant ad eandem et ad eius reparacionem prompcius manus porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gracie uberius conspexerint se refectos, de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui in Nativitatis, Circumcisionis, Epiphanie, Resurreccionis, Ascensionis et Corporis Domini nostri Ihesu Christi et Penthecostes ac Nativitatis, Annunciacionis, Purificacionis beate Marie Virginis, sub cuius vocabulo dicta ecclesia est fundata, ac Nativitatis beati Johannis Baptiste, dictorum beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Dedicacionis ipsius ecclesie festivitatibus et celebritate Omnium Sanctorum, necnon per ipsarum Nativitatis, Epyphanie, Resurreccionis, Ascensionis et Corporis Domini ac Nativitatis et Assumpcionis beate Marie et Nativitatis beati Johannis ac apostolorum Petri et Pauli predictorum festivitatum octavas et per sex dies dictam festivitatem Penthecostes immediate sequentes eandem ecclesiam devote visitaverint annuatim et ad eius reparacionem manus porrexerint adiutrices, singulis videlicet festivitatum et celebritatis unum annum et quadraginta dies, octavarum vero et sex dierum predictorum diebus, quibus ecclesiam ipsam visitaverint et adiutrices manus porrexerint ut prefertur, centum dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus; presentibus post decennium minime valituris. Volumus autem, quod si alias visitantibus dictam ecclesiam vel ad eius reparacionem huiusmodi seu fabricam manus porrigentibus adiutrices aut alias inibi pias elemosinas erogantibus seu alias aliqua alia indulgencia imperpetuum vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, huiusmodi presentes littere nullius existant roboris vel momenti. Datum Rome apud S. Petrum, septimo idus ianuarii, anno secundo.

180.

Romae, 7 ianuarii 1391.

Bonifacius IX Paulo quondam Aegidii Calder de Słup filio beneficium ad collacionem monasterii ordinis Cisterciensis in Wąchock pertinens reservat; cuius quidem reservationis executionem patriarchae Gradensi, abbati monasterii in Monte Calvo ac praeposito ecclesiae B. Mariae in Kielce mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 18 f. 81'—82' (LXXXI'—LXXXII'), series De beneficiis vacaturis anno secundo. *In fine litterarum* Pro Deo. N. de Benevento.

179. [1] *Hajnów, Heinau, civitas versus occidentem ab oppido Legnica in Wratislaviensi diocesi sita.*

Bonifacius etc.... Paulo quondam Egidii de Slup[1] Calder[a] nato clerico Cracouiensis diocesis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi, qui ut asseris nullum beneficium ecclesiasticum obtines... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, consuetum clericis secularibus assignari, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... abbatis et conventus monasterii in Wanchotsczo[2] Cisterciensis ordinis Cracouiensis diocesis communiter vel divisim pertinens, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, septimo[b] idus ianuarii, pontificatus nostri anno secundo.

Simili modo... patriarche Gradensi[3] et... abbati monasterii Caluomontei[4] ac preposito ecclesie beate Marie in Kelcze[5] Cracouiensis diocesis >< Datum ut supra.

181.

Romae, 7 ianuarii 1391.

Augustinus episcopus Perusinus, Bonifacii papae IX thesaurarius, camerae apostolicae in diocesi Cracoviensi collectori, ut pecuniam, quam nobilis Wydzga de Cisów miles visitando limina apostolorum Romae expensaturus sit, ab eodem exigat, mandat.

Arch. Vat., Armar. XXIX T. 1 f. 251 (CCXVI).

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *mutatis mutandis ex similibus litteris in eodem libro Armarii fol. 78', 222'₁, 236' contentis hic supplentur.*

Augustinus[1] (...episcopus Perusinus, domini nostri pape thesaurarius), venerabili viro domino.. in civitate et diocesi Cracouiensibus iurium (camere apostolice debitorum) collectori[2] salutem in Domino. Tenore presencium (tibi districte precipimus et mandamus), quatenus (diligenter et mature consideratis) expensis, quas nobilis vir Widgzo de Czissow[3] miles Cracouiensis diocesis verisimiliter incurrere debuisset iuxta

180. [a] Cchalder *alio loco in Reg. Lat.* [b] septimo *in margine cum nota* N. de Benevento *loco cancell.* VII *in Reg. Lat.*

180. [1] *Plura huius nominis loca tunc in diocesi Cracoviensi inveniuntur. Locus natalis petentis oppidum Słup, sub Monte Calvo situm et ad abbatiam S. Crucis tunc pertinens, fuisse videtur.* [2] *Wąchock abbatia ord. Cisterciensis ad fl. Kamienna tunc Cracoviensis nunc Sandomiriensis diocesis.* [3] *Vid. supra p. 17 Nr 11 adn. 1.* [4] *Praeclara, antiquissima abbatia S. Crucis ord. S. Benedicti in Monte Calvo, Łysagóra, in terra Sandomiriensi, tunc in Cracoviensi nunc in Sandomiriensi diocesi sita. Abbates monasterii ad S. Crucem tunc temporis Paulus a. 1393, Mathias aa. 1401, 1404 deprehenduntur (Kod. MPol. IV 43, 74, 94 nr 1023, 1060, 1085).* [5] *Praepositi ecclesiae collegiatae in Kielce a. 1350 Włodko, aa. 1414—1422 Nicolaus de Łapanów deprehenduntur (Kod. kat. krak. II 574 in indice).*

181. [1] *Vid. supra p. 86 Nr 97 adn. 2.* [2] *Petrus Wysz Radoliński utriusque iuris doctor, praepositus Wladislaviensis, Bonifacii papae IX referendarius, apostolicae Sedis nuntius (Theiner, Mon. hist. Pol. I 760 nr 1030), episcopus Cracoviensis 19. XII. 1392, translatus ad sedem Poznaniensem 9. VIII. 1412 (Eubel C., Hier. cath. I² 214, 408).* [3] *Wydzga de Ciszów heres in iudicio terrestri Sandomiriensi in Opatów 13. XI. 1388 testis fuisse deprehenditur (Kod. kat. krak. II 130 nr 350). Cisów villa parochialis prope Opatów in terra Sandomiriensi, nunc in diocesi Sandomiriensi sita.*

sui condecenciam in visitando limina beatorum Petri et Pauli apostolorum de Urbe, (qui zelo devocionis accensus vovit personaliter visitare), prout in litteris... Francisci... (tituli sancte Susanne presbyteri cardinalis, sacre penitenciarie domini nostri pape curam gerentis, quas cum presentibus tibi mittimus, plenius continetur; et eciam habita vera informacione de facultatibus eiusdem cum eodem Widgzo componas ad illam pecunie summam solvendam pro reparacione ecclesiarum Urbis, que tibi videbitur convenire, et antequam litteras predictas dicte penitenciarie eidem seu alteri pro eodem assignes seu assignari facias, quantitatem ipsam, de qua tibi componere contigerit, ab eodem) petas et exigas et ipsam ad cameram apostolicam pro reparacione ecclesiarum Urbis indubia convertendam, quam cito poteris, transmittere studeas; concedentes (tibi dictum Widgzonem de solutis tibi per ipsum pro huiusmodi causa plenarie quitandi et absolvendi liberam potestatem. In premissis tam diligenter et fideliter se habens, quod de fide et diligencia possis merito commendari. Quicquid autem in premissis feceris, illud totum nobis et dicte camere quantocius per tuas litteras notificare cures). In quorum etc. Datum Rome apud S. Petrum sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo, indiccione quartadecima, die septima mensis ianuarii, pontificatus... Bonifacii... pape noni anno secundo.

182.

Romae, 7 ianuarii 1391.

Bonifacius IX Petro Johannis de Peczinowice filio canonico Gneznensi dignitatem, personatum seu officium in ecclesia Gneznensi reservat; cuius quidem reservationis executionem episcopo Tudensi, decano ac custodi ecclesiae S. Mariae Lanciciensis mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 16 f. 145—145' (CXLV—CXLV'), series De dignitatibus vacaturis anno secundo. *In fine litterarum* Jac. XII, XIIII de Teramo.

Bonifacius etc... Petro Johannis de Peczinouicze[1] canonico Gneznensi... Nobilitas generis, vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi, qui presbyter et, ut asseris, ex utroque parente de nobili genere procreatus existis... graciam facere specialem, teque in ecclesia Gneznensi amplius honorare, dignitatem vel personatum seu officium eiusdem ecclesie, eciam si dignitas ipsa curata fuerit, dum tamen maior post pontificalem in eadem ecclesia non existat ...conferendam seu conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... aut quod predicte et sancti Georgii in castro Gneznensi necnon sancte Marie Lanciciensis ecclesiarum canonicatus et prebendas ac parrochialem ecclesiam sancte Marie Kalisiensis[2] Gneznensis diocesis obtines, ac super altari sancti Vincencii sito in ecclesia Cracouiensi in palacio apostolico litigas, et quod nos nuper tibi, ut asseris, de canonicatu sub expectacione prebende eiusdem Cracouiensis

182. [1] *Petrus de Peczinouicze, Pecznouice, Peczina canonicus Lanciciensis ab a. 1383 (Archiwum Komisyi prawniczej P. A. U. V [Kraków 1897] 533, Gneznensis ab a. 1386 (Teki sądowe łęczyckie, ed. in Teki A. Pawińskiego III [Warszawa 1897] 3, 124, 157 nr 68, 1313, 1645; Kod. WP. III 577 nr 1848) tum temporis deprehenditur. — Peczinouicze procul dubio hodie Pieczew villa parochialis versus occidentem a Lancicia sita, tum Gneznensis, postea Warsaviensis, nunc ab a. 1920 Lodzensis diocesis.* [2] *Kalisz civitas ad fl. Prosna nunc in Wladislaviensi diocesi sita.*

ecclesie graciose concessimus provideri, per quorum quidem canonicatus et prebende Cracouiensis assecucionem canonicatum et prebendam sancti Georgii ecclesiarum prefatarum necnon altare predicta et omne ius tibi in eodem altari seu ad illud quomodolibet competens dimittere teneris. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presencium dignitatem vel personatum seu officium fueris pacifice assecutus, predictam parrochialem ecclesiam, quam ut prefertur obtines, quamque extunc vacare decernimus, omnino, prout ad id eciam te sponte obtulisti, dimittere tenearis... Datum Rome apud S. Petrum, septimo idus ianuarii, anno secundo.

Simili modo venerabili fratri.. episcopo Tudensi[3] et dilectis filiis decano[4] ac custodi[5] ecclesie sancte Marie Lanciciensis Gneznensis diocesis >< Datum ut supra.

183.

Romae, 13 ianuarii 1391.

Bonifacius IX Marino tit. S. Mariae Novae diacono cardinali de canonicatu et praebenda ac gratiis canonicalibus in ecclesia Wratislaviensi providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Tudensi et Wratislaviensi ac ecclesiae S. Crucis prope Wratislaviam praepositis mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 13 f. 238'—239' (CCXV'—CCXVI'; 237'—238'), series De litteris dominorum cardinalium anno secundo. *In fine litterarum* Pro domino cardinali. N. de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 247 nr 447.

Bonifacius etc. dilecto filio Marino[1] sancte Marie Nove diacono cardinali salutem etc. Dum (ad)[a] personam tuam, quam Diuina clemencia variis illustravit muneribus graciarum, paterne dirigimus consideracionis intuitum et attente prospicimus, quod tu Romanam ecclesiam, cuius honorabile membrum existis, tuorum honoras magnitudine meritorum, dignum quin immo debitum reputamus et congruum, ut eam tibi reperias in exhibicione graciarum munificam et in tuis oportunitatibus liberalem. Dudum siquidem felicis recordacionis Urbanus papa VI predecessor noster omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica, que promovendi per eum ad quarumcunque ecclesiarum cathedralium regimina tempore promocionum huiusmodi obtinerent, extunc inantea vacatura collacioni et disposicioni sue reservans decrevit extunc irritum et inane, si secus super hiis... contigerit attemptari. Et deinde idem predecessor dilectum filium Henricum[2] Wladislauiensem, tunc Cameracensem electum, ad ecclesiam Cameracensem, tunc vacantem, duxit auctoritate apostolica promovendum, preficiendo ipsum eidem ecclesie in episcopum et pastorem. Postmodum vero eundem Henricum, antequam possessionem pacificam ipsius ecclesie assequeretur, a vinculo, quo eidem ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, absolvens, eum ad ecclesiam Wladislauiensem, tunc pastore carentem, eadem auctoritate transtulit, preficiendo ipsum eidem ecclesie Wladislauiensi in episcopum et pastorem, prout in diversis ipsius predecessoris inde confectis litteris[3] plenius

182. [3] *Vid. supra p. 2 nr 1 adn. 4.* [4] *Decanus Lanciciensis a. 1383 Budko quidam deprehenditur (Achiwum Komisyi prawniczej V 533).* [5] *Vid. supra p. 55 Nr 60 adn. 4.*

183. [a] ad *ab editore suppl.*

183. [1] *Vid. supra p. 67 Nr 78 adn. 1.* [2] *Vid. supra p. 65 Nr 75 adn. 4.* [3] *Vid. supra p. 64—65, 83—84 Nr 75, 94.*

continetur. Et subsequenter canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis cum graciis canonicalibus in eadem ecclesia, quos dictus Heinricus electus tempore promocionis, translacionis et prefeccionis huiusmodi de eo per ipsum predecessorem facte ad eandem ecclesiam Wladislaviensem, tunc vacantem, obtinebat, per huiusmodi promocionem et lapsum temporis de consecrandis episcopis a canonibus diffiniti vacantibus, dictoque predecessore de illis per eum non disposito, sicut Domino placuit, rebus humanis exempto, nos Diuina favente clemencia ad apicem summi apostolatus assumpti... per nostras litteras declaravimus canonicatus et prebendas ceteraque beneficia supradicta, que tempore obitus dicti predecessoris sic reservata vacabant, remansisse et remanere per huiusmodi reservacionem et decretum affecta. Cum autem dicti canonicatus et prebenda cum graciis canonicalibus adhuc... vacare noscantur... nos... ut expensarum onera... commodius supportare valeas... canonicatum et prebendam ac gracias canonicales supradictos, quorum fructus... quadraginta marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum non excedunt... motu proprio... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus... Non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie Wratislauiensis contrariis... Nulli ergo etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, idibus ianuarii, anno secundo.

Simili modo... episcopo Tudensi[4] et... Wratislauiensis ac sancte Crucis prope Wratislauiam ecclesiarum prepositis[5] >< Datum ut supra.

184.

Romae, 13 ianuarii 1391.

Bonifacius IX abbatis et conventus monasterii ord. S. Augustini in Sagano Wratislaviensis diocesis conservatores in quinquennium instituit.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 13 f. 296' (CCLXXIII'), series De conservatoriis anno secundo.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 247 nr 446.

Adn. Vid. supra p. 135 Nr 147.

Bonifacius etc. dilectis filiis preposito Budissinensi[1] Misnensis diocesis et decano sancte Crucis Wratislauiensis[2] ac archidiacono Lubucensis[3] ecclesiarum salutem etc. Militanti ecclesie etc. Sane dilectorum filiorum.. abbatis et conventus monasterii in Sagano ordinis sancti Augustini[4] Wratislauiensis diocesis conquestione percepimus, quod archiepiscopi... ac ecclasiastice persone... necnon duces... et alie singulares persone... occuparunt... fructus... dicti monasterii et nonnulla alia bona... ad abbatem et conventum ac monasterium predictos pertinencia et ea detinent indebite occupata etc. Presentibus post quinquennium minime valituris. Datum Rome apud S. Petrum, idibus ianuarii, pontificatus nostri anno secundo.

183. [4] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [5] *Praepositus Wratislaviensis vid. supra p. 137 Nr 149 adn. 6, praepositus autem collegiatae S. Crucis tum temporis ignotus.*

184. [1] *Budziszyn, Bautzen, civitas principalis Lusatiae Superioris. Praepositus ecclesiae collegiatae S. Petri Theodoricus de Goch aa. 1396, 1403 deprehenditur (Crofta C., o. supra c. 560, 1244 nr 1016, 2130).* [2] *Vid. supra p. 115 Nr 124 adn. 4.* [3] *Vid. supra p. 71 Nr 81 adn. 7.* [4] *Vid. supra p. 156 Nr 167 adn. 4.*

185.

Romae, 18 ianuarii 1391.

Bonifacius IX Johannis archiepiscopi Gneznensis conservatores in quinquennium instituit.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 13 f. 300 (CCLXXVI; 294), series De conservatoriis anno secundo. *In fine litterarum* Jac. XXX de Teramo.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 252 nr 455.

Adn. Uncinis () inclusa loco etc. *ex similibus litteris in Kod. WPol. III 571 nr 1842 editis hic supplentur; uncis [ ] autem inclusa similiter in eadem editione propter ipsorum deteriorem legibilitatem sunt inclusa.*

Bonifacius (servus servorum Dei) venerabili fratri episcopo Wratislauiensi [1] et dilectis filiis abbati monasterii sancte Marie in Arena extra muros Wratislauienses [2] ac preposito ecclesie sancti Bartholomei Glogouiensis Superioris [3] Wratislauiensis diocesis salutem (et apostolicam benediccionem). Ad hoc nos Deus pretulit in familiam domus sue, ut oportuna singulis provisionis auxilia fidelis servitutis iniuncte providencia pro tempore dispensantes, eorum presertim necessitatibus intendamus et occurramus dispendiis ipsosque ab oppressionibus relevemus, qui assumpti in partem solicitudinis pocioris sunt dignitatis titulo insigniti. Sane venerabilis fratris nostri Johannis archiepiscopi Gneznensis [4] conquestione percepimus, quod nonnulli archiepiscopi, episcopi aliique ecclesiarum prelati et clerici ac ecclesiastice persone tam religiose quam seculares, necnon duces, marchiones, comites, barones, nobiles, milites et laici, communia civitatum, universitates [a] opidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum et [b] alie singulares persone civitatum et diocesium et aliarum parcium diversarum occuparunt et occupari fecerunt castra, villas et alia loca, terras, domos, possessiones, iura et iurisdicciones necnon fructus, (census) [c] redditus et proventus et nonnulla alia bona mobilia et immobilia, spiritualia et temporalia ad mensam suam archiepiscopalem Gneznensem spectancia et ea detinent indebite occupata (seu ea detinentibus prestant auxilium, consilium vel favorem; nonnulli eciam civitatum, diocesium et parcium predictarum, qui nomen Domini in va[cuu]m recipere non formidant, ut eidem archiepiscopo super predictis castris, villis et locis aliis, terris, domibus, possessionibus, iuribus et iurisdiccionibus, fructibus, censibus, redditibus et proventibus [eorundem?] et quibuscumque aliis bonis mobilibus et immobilibus, spiritualibus et temporalibus et aliis rebus ad [archiepiscopum et mensam suam predictos] spectantibus multiplices molestias et iniurias inferant et iacturas. Quare dictus archiepiscopus nobis humiliter supplicavit, ut, cum eidem valde reddatur difficile pro singulis querelis ad apostolicam Sedem habere recursum, providere [sibi] super hoc paterna diligencia curaremus. Nos igitur adversus occupatores, detentores, presumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi illo volentes eidem archiepiscopo remedio subvenire, per [quod

185. [a] universitatum *in Reg. Lat.* [b] ac *in Ed.* [c] census *in Ed.* [d] nostre *in Ed.*

185. [1] *Vid. supra p. 132 Nr 144 adn. 2.* [2] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 2.* [3] *Eclesiae S. Bartholomaei, ab a. 1379 collegiatae, in Głogów Górny alias Głogówek, Oberglogau, in terra Opoliensi tum temporis praepositi Nicolaus Ticzko etiam Niclas Tyczkonis scriptus aa. 1390—3. X. 1399, dein Nicolaus Schonkromer a. 1409 deprehenduntur (Cod. dipl. Silesiae I 64, 74, VI 21 XXXIII 143, 146).* [4] *Vid. supra p. 97 Nr 104 adn. 3.*

ipsorum] compescatur temeritas et aliis aditus committendi similia precludatur, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, eciam si sint extra loca, in quibus deputati estis conservatores et iudices, prefato archiepiscopo efficacis defensionis presidio assistentes non permitt[atis] eundem super hiis et quibuslibet aliis bonis et iuribus [ad archiepiscopum et suam mensam predictos] spectantibus ab eisdem vel quibusvis aliis indebite molestari vel ei gravamina seu damna vel iniurias irrogari, facturi dicto archiepiscopo, cum ab eo vel procuratoribus [suis aut eorum aliquo fueritis re]quisiti, de predictis et aliis personis quibuslibet super restitucione huiusmodi castrorum, villarum, terrarum et aliorum locorum, iurisdiccionum, iurium et bonorum mobilium et immobilium, reddituum quoque ac proventuum et aliorum quorumcunque bonorum, necnon de quibuslibet molestiis, iniuriis atque damnis presentibus et futuris, in illis videlicet, que iudicialem requirunt indaginem, summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii, in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit, iusticie complementum; occupatores seu detentores, presumptores, molestatores, et iniuriatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, ordinis vel condicionis extiterint, quandocunque et quociescunque expedierit, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus tam felicis recordacionis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri, in quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem et diocesim, nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur; seu ne iudices et conservatores a Sede deputati predicta extra civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere sive aliis vices suas committere aut aliquos ultra unam dietam a fine diocesis eorundem trahere presumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate presencium non trahatur; seu quod de aliis quam de manifestis iniuriis et violenciis et aliis, que iudicialem requirunt indaginem, penis in eos, si secus egerint, et in id procurantes adiectis, conservatores se nullatenus intromittant, quam aliis quibuscunque constitucionibus a predecessoribus nostris Romanis pontificibus tam de iudicibus delegatis et conservatoribus quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis aut aliis editis, que vestre[d] possent in hac parte iurisdiccioni aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obviare; seu si aliquibus communiter vel divisim a predicta sit Sede indultum, quod excommunicari, suspendi vel interdici, seu extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eorum personis, locis, ordinibus et nominibus propriis mencionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgencia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam vestre[d] iurisdiccionis explicacio in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris mencio habenda sit specialis. Ceterum volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum eciam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico prepeditus, quodque a data presencium sit vobis et unicuique vestrum in premissis omnibus et eorum singulis, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris perpetuata potestas et iurisdiccio attributa, ut eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris et pro predictis procedere, [ac si] predicta omnia et singula coram vobis cepta fuissent et iurisdiccio vestra et cuiuslibet vestrum in predictis omnibus et singulis per citacionem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, constitucione predicta

super conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante); praesentibus post quinquennium minime valituris. Datum Rome apud S. Petrum, quinto decimo kalendas februarii, anno secundo.

186.

Romae, 18 ianuarii 1391.

Bonifacius IX Johanni Hersevelt clerico Warmiensis diocesis parochialem ecclesiam in Hrušovan Olomucensis diocesis reservat; cuius quidem reservationis executionem patriarchae Gradensi, archidiacono ecclesiae Olomucensis ac officiali Olomucensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 20 f. 153—154 (CLIII—CLIIII), series De beneficiis vacaturis anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. N. de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 251 nr 453.

Bonifacius etc... Johanni Herseuelt clerico Warmiensis diocesis... Vite ac morum honestas... Cum itaque parrochialis ecclesia sancti Stephani in Grunspan [1] Olomucensis diocesis, quam dilectus filius Jacobus electus Cesariensis [2] tempore promocionis per nos facte de ipso ad ecclesiam Cesariensem tunc vacantem obtinebat, prout obtinet, per huiusmodi promocionem et munus consecracionis suscipiendum ab ipso electo vacare speretur, nos volentes tibi... consideracione dilecti filii nostri Bartholomei tituli sancte Potenciane presbyteri cardinalis pro te dilecto suo familiari continuo commensali super hoc nobis humiliter supplicantis, graciam facere specialem, parrochialem ecclesiam predictam, cuius fructus.. triginta marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum ut asseritur non excedunt, cum illam ut premittitur vel alias quovis modo preterquam per ipsius electi obitum vacare contigerit... conferendam tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... aut quod dudum tibi ut asseritur de uno cum cura vel sine cura ad venerabilis fratris nostri.. episcopi Warmiensis et dilectorum filiorum.. decani et capituli singulorumque canonicorum et personarum Warmiensis communiter vel divisim et de alio sine cura ad venerabilis fratris nostri.. episcopi Wratislauiensis et... prepositi, decani et capituli singulorumque canonicorum et personarum Wratislauiensis ecclesiarum eciam communiter vel divisim collacionem... pertinentibus beneficiis ecclesiasticis, vacantibus vel vacaturis, graciose concessimus provideri. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presencium dictam parrochialem ecclesiam fueris pacifice assecutus, dicta concessionis gracia de huiusmodi beneficio cum cura vel sine cura ad dictorum Warmiensis episcopi et decani, capituli, canonicorum et personarum Warmiensis ecclesie communiter vel divisim pertinente et quecunque inde secuta, quoad beneficium curatum dumtaxat, sint cassa et irrita... Datum Rome apud S. Petrum, quinto decimo kalendas februarii, anno secundo.

Simili modo: Venerabili fratri.. patriarche Gradensi [3] et dilectis filiis archidiacono ecclesie Olomucensis [4] ac officiali Olomucensi [5] >< Datum ut supra.

186. [1] *Hrušovan, Grussbach in Moravia.* [2] *Jacobus archiepiscopus Caesariensis (Caesarea, Kaisarije in Palestina) usque ad diem 25. VI. 1392 in possessione eiusdem parochialis ecclesiae in Hrušovan existebat (Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 24 f. 125).* [3] *Vid. supra p. 10 Nr 6 adn. 3.* [4] *Archidiaconus Olomucensis a. 1393 Franciscus de Benešov deprehenditur (Crofta C., o. supra c. 400 nr 706).* [5] *Vid. supra p. 99 Nr 107 adn. 3.*

187.

Romae, 18 ianuarii 1391.

Bonifacius IX iudicibus, ut Abrahae Johannis filio rectori ecclesiae in Piotrowin canonicatum et praebendam ecclesiae Cracoviensis per obitum Wenceslai de Wiślica vacantes conferant, mandat.

Arch. Vat., 1. Reg. Lateran. T. 12 f. 57—58 (LXXXI—LXXXII), series De exhibitis anno secundo. *In fine litterarum* N. XXII de Benevento. *In margine dextro nota* Cancellata, quia propter sui magnam correccionem alibi registrata est. De mandato N. de Benevento. — *2. Reg. Lateran. T. 15 f. 217'—218' (CCXIX'—CCXX'), series* De exhibitis anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXII de Benevento. *In margine sinistro nota* Cancellata, quia alibi propter sui nimiam correccionem inferius registrata est fol. CCXXIX⁰. N. de Benevento. — *3. Reg. Lateran. T. 15 f. 227—228' (CCXXIX—CCXXX'), series* De exhibitis anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XXII de Benevento. *In margine dextro nota* Cancellata, quia alibi propter sui nimiam correccionem in libro primo De diversis formis fol. XCVII⁰ aliter registrata est. N. de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 252 nr 456.

Adn. Quarum litterarum quarta, ultima, tunc in libro primo De diversis formis fol. XCVII registrata copia non est reperta. Partes dicti libri incipientes fol. CXXX continet hodie liber Reg. Lateran. T. 12 simul cum litteris: De exhibitis anno secundo, De iubileo anno secundo. Tres cancellatae copiae sola expositione valde inter se differunt; loci in Cop. 2 et 3 abbreviati de Cop. 1 supplendi sunt.

1.

Bonifacius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Tudensi[1] et Poznaniensi[2] episcopis ac dilecto filio abbati monasterii Tiniciensis[3] Cracouiensis diocesis salutem et apostolicam benediccionem. Laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius Abraham Johannis rector parrochialis ecclesie in Potrawin[4] Cracouiensis diocesis fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Nuper siquidem pro parte dicti Abrahe nobis exposito, quod orta dudum inter dilectum filium Nicolaum Tyczkonis[5] clericum Wratislauiensis diocesis et quondam Mathiam rectorem parrochialis ecclesie de Zarnowecz[6] dicte Cracouiensis diocesis super canonicatu et prebenda ecclesie Cracouiensis, de quibus tunc per obitum quondam Wenczeslai de Wysliczia[7] eiusdem ecclesie canonici extra Romanam curiam defuncti vacantibus, quilibet ipsorum Nicolai et Mathie sibi auctoritate apostolica canonice provisum fuisse et illos ad se de iure spectare asserebat; materia questionis et causa huiusmodi per appellacionem dicti Mathie ad Sedem apostolicam legitime introducta et coram certo causarum palacii apostolici auditore ex commissione apostolica aliquamdiu ventilata, tandem predictus Mathias in possessione dictorum ca-

187. [1] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [2] *Vid. supra p. 11 Nr 7 adn. 2.* [3] *Vid. supra p. 29 Nr 24 adn. 5.* [4] *Vid. supra p. 42 Nr 42 adn. 4.* [5] *Vid. supra p. 172 Nr 185 adn. 3.* [6] *Żarnowiec oppidum ad fl. Pilica tunc in Cracoviensi nunc in Kielcensi diocesi situm. Mathias plebanus in Żarnowiec canonicus Cracoviensis aa. 1382, 1385 deprehenditur (Kod. kat. krak. II 91, 102 nr 315, 324).* [7] *Vid. supra p. 30 Nr 25 adn. 3.*

nonicatus et prebende existens extra Romanam curiam, lite huiusmodi indecisa pendente, extiterat vita functus, et deinde prefatus Nicolaus omne ius sibi in dictis canonicatu et prebenda quomodolibet competens sponte ac libere apud Sedem apostolicam per dictum Abraham procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum in manibus venerabilis fratris nostri Francisci episcopi Penestrini[8], sancte Romane ecclesie vicecancellarii, sponte et libere resignaverat, idemque episcopus resignacionem huiusmodi de speciali mandato nostro facto sibi super hoc oraculo vive vocis apud eandem Sedem admiserat, nos eidem Abrahe graciose concessimus, ut ipse in omni iure et ad omne ius, quod Mathie tempore sui obitus et Nicolao predictis tempore huiusmodi resignacionis quomodolibet competebat vel competere poterat in dictis canonicatu et prebenda apostolica auctoritate surrogaretur dictumque ius sibi conferretur et provideretur eciam de eodem ac ad huiusmodi iuris et litis ac cause prosecucionem et defensionem in eo statu, in quo causam ipsam inveniret et in quo Mathias, si vixisset, et Nicolaus predicti, si huiusmodi ius non resignasset, possent et deberent admitti, admitteretur, ut esset moris. Cum autem, sicut exhibita nobis postmodum pro parte dicti Abrahe peticio continebat, de nomine auditoris predicti certa noticia haberi non possit, nos volentes dictum Abraham, qui ut asseritur multa servicia in partibus illis camere apostolice exhibuit et exhibere paratus existit, quique vigore litterarum felicis recordacionis Urbani pape VI predecessoris nostri in canonicum dicte ecclesie receptus existit, et dictam prebendam eodem predecessore vivente ut prefertur vacantem acceptavit, premissorum intuitu favore prosequi gracioso, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eosdem canonicatum et prebendam, quorum fructus, redditus et proventus XX marcharum argenti secundum communem extimacionem valorem annuum, ut ipse Abraham asserit, non excedunt, si adhuc ut prefertur vacant, dummodo tempore date presencium non sit in eis alicui specialiter ius quesitum, cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem Abrahe auctoritate nostra conferre et assignare curetis, inducentes [a]ipsum Abraham[a] vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem canonicatus et prebende iuriumque et pertinenciarum predictorum eadem auctoritate et defendentes inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac facientes ipsum Abraham vel dictum procuratorem pro eo ad eandem prebendam in dicta ecclesia[b] in canonicum recipi et in fratrem stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis, sibique de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra [c]appellacione postposita compescendo[c]. Non obstantibus[d] felicis recordacionis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri et[e] aliis quibuscunque constitucionibus apostolicis et[f] statutis et consuetudinibus [g]dicte ecclesie[g] contrariis iuramento, confirmacione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis; aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in dicta[h] ecclesia in canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis in dicta ecclesia speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte Sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, eciam si per eas ad inhibicio-

187. [a—a] ipsum Abraham *Cop. 1*, eum *Cop. 2 et 3*. [b] ecclesia *Cop. 1*, ecclesia Cracouiensi *Cop. 2 et 3*. [c—c] etc. *Cop. 2 et 3*. [d] obstantibus *Cop. 1*, obstantibus tam *Cop. 2 et 3*. [e] et *Cop. 1*, quam *Cop. 2 et 3*. [f] et *Cop. 1*, ac *Cop. 2 et 3*. [g—g] dicte ecclesie *Cop. 1*, dicte ecclesie Cracouiensis *Cop. 2 et 3*. [h] dicta *Cop. 1*, eadem *Cop. 2 et 3*.

187. [8] *Vid. supra p. 84 Nr 95 adn. 5.*

nem, reservacionem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecucione dictorum canonicatus et prebende [i]prefatum Abraham[i] volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem canonicatuum et prebendarum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari; seu si venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Cracouiensi vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum, quod ad recepcionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgencia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum[k] impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mencio specialis; aut si dictus Abraham presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et constitucionibus ipsius ecclesie Cracouiensis [l]racione dictorum canonicatus et prebende per vos sibi conferendorum ut prefertur[l] solitum iuramentum, dummodo in absencia sua per procuratorem ydoneum, et cum ad ecclesiam ipsam accesserit, corporaliter illud prestet; seu quod idem Abraham, ut asserit, predictam parrochialem ecclesiam obtinet et super canonicatu et prebenda Curzelouiensibus Gneznensis diocesis, quorum omnium fructus, redditus et proventus VIII marcarum argenti secundum dictam extimacionem valorem annuum non excedunt, in palacio apostolico noscitur litigare, et quod nos dudum sibi de canonicatu sub expectacione prebende ac dignitatis vel personatus seu officii Plocensis ecclesiarum graciose concessimus provideri. Volumus autem, quod, quamprimum ipse Abraham canonicatum et prebendam huiusmodi per vos sibi conferendos fuerit pacifice assecutus, predicta recepcio de eo ut premittitur facta sit cassa et irrita nulliusque roboris vel momenti. Et insuper exnunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Rome apud S. Petrum, [m]quinto decimo[m] kalendas februarii, pontificatus nostri anno secundo.

2.

Bonifacius... liberales. [n]Dudum siquidem[n] pro parte dicti Abrahe nobis exposito[o], quod olim canonicatu et prebenda ecclesie Cracouiensis, quos quondam Wenceslaus de Wislicia[7] eiusdem ecclesie canonicus, dum viveret, obtinebat, per ipsius Wenceslai obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacantibus, idem Abraham vigore quarundam litterarum felicis recordacionis Urbani pape VI predecessoris nostri, per quas dudum[p] idem predecessor ipsi Abrahe de canonicatu sub expectacione prebende ipsius ecclesie providerat, eandem[q] prebendam sic vacantem eodem predecessore adhuc in humanis agente infra tempus legitimum acceptarat. Cum autem, sicut accepimus, dicti canonicatus et prebenda adhuc ut prefertur vacare noscantur, nos volentes eidem Abrahe, qui presbyter est et, ut asserit, multa servicia in illis partibus ca-

187. [i–i] prefatum Abraham *omiss. in Cop. 2.* [k] earum *Cop. 1,* huiusmodi gracie *Cop. 2 et 3.* [l–l] *omiss. in Cop. 2.* [m–m] quinto decimo *in margine Reg. Lat cum nota* N. de Benevento *loco* XV *cancell. in Cop. 1 et* sexto decimo *in Cop. 3.* [n–n] Dudum siquidem *in margine Cop. 2 loco* exhibita nobis nuper *cancell. in Reg. Lat.* [o] exposito *in margine Cop. 2 loco* peticio continebat *cancell. in Reg. Lat.* [p] dudum *in margine Cop. 2.* [q] *primitus* easdem canonicatum et prebendam *correct. in* eandem prebendam *Cop. 2.*

Arch. Vat., 1. Reg. Lateran. T. 13 f. 275—276' (CCLII—CCLIII'), series De curia anno secundo. *In fine litterarum* De curia. N. de Benevento. — *2. Reg. Vat. T. 312 f. CCCXVIIII. In fine litt. ex parte dextra* De curia. Jo. de Caneuariis, *ex sinistra* P. de Wserub. — *3. Reg. Vat. T. 347 f. CXXXV.*

Ed. Deutsche Reichstagsakten II 371 nr 218.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 253 nr 458.

Bonifacius etc. Dilecto filio Ubaldino electo Cortonensi[1], referendario nostro, fructuum et proventuum in civitate et diocesi ac provincia Pragensi camere apostolice debitorum collectori, apostolice Sedis nuncio, salutem etc. In laudis iubilum exultans mater ecclesia leta consurgit ad Dominum sibique refert plenitudinem graciarum. Dum carissimum in Christo filium nostrum Wenceslaum regem Romanorum illustrem... Sane nuper tam ex littteris quam ex relacione certorum nunciorum dicti regis percepimus, quod ipse rex pro suscipiendo imperiali diademate almam urbem Romanam accedere disposuit et disponit infra breve, nos... ut expensarum onera... facilius valeat supportare... decimam unius anni reddituum et proventuum ecclesiasticorum in regno Boemie et terris tam dicioni predicti regis racione regni Boemie et alias subiectis, quam eciam Romani imperii per Alemaniam et eciam in terris patriarchatus Aquilegensis ad patriarcham Aquilegensem, qui est pro tempore, et ecclesiam Aquilegensem qualitercunque pertinentibus necnon [a]in Wratislauiensibus et Aquilegensibus[a], ac eciam in illis civitatibus et diocesibus, que venerabili fratri nostro.. archiepiscopo Pragensi, apostolice Sedis legato nato, racione legacionis huiusmodi subesse dinoscuntur, consistencium, in certis terminis per te statuendis solvendam et eciam exigendam... imposuimus... Quocirca discrecioni vestre mandamus, quatenus decimam ipsam... exigere et colligere studeas diligenter... Datum Rome apud S. Petrum, decimo kalendas februarii, pontificatus nostri anno secundo.

189.

Romae, 24 ianuarii 1391.

Bonifacius IX Michaeli Ewendik de parochiali ecclesia in Lutry Warmiensis diocesis providet; cuius quidem provisionis executionem Tudensi et Pomezaniensi episcopis ac praeposito ecclesiae Pomezaniensis mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 17 f. 314'—315 (CCCXVI'—CCCXVII), series De beneficiis vacantibus anno secundo. *In fine litterarum* Pro Deo. N. de Benevento.

Bonifacius etc... Mihaeli Ewendik rectori parrochialis ecclesie in Lutern[1] Warmiensis diocesis... Vite ac morum honestas... Dudum siquidem omnes parrochiales ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura tunc apud Sedem apostolicam vacancia et inantea vacatura collacioni et disposicioni nostre reservantes decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate

188. [a—a] qui Wratislauien. et Aquilegen. *in Reg. Lat.*

188. [1] *Ubaldinus Bonamici de Florentia decretorum doctor, episcopus Cortonensis (Cortona in Italia) 23. I. 1391—1393, dein archiepiscopus Turritanus (Torres in Sardinia) 8. III. 1393—1397, postmodum archiepiscopus Arborensis (Oristano in Sardinia) 4. IV. 1397—† 1400 (Eubel C., Hier. cath. I² 102, 213, 504).*

189. [1] *Lutry, Lautern, villa parochialis in Warmia, cuius nomen, primitus villa Luterii, ab eius locatore advocato Henrico de Lutter ortum est.*

scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum parrochialis ecclesia in Luterii Warmiensis diocesis, quam quondam Nicolaus Munnen ipsius ecclesie rector, dum viveret, obtinebat, per ipsius Nicolai obitum, qui apud dictam Sedem diem clausit extremum, apud Sedem ipsam vacaverit et vacet ad presens... nos volentes tibi... graciam facere specialem, dictam ecclesiam, cuius fructus... quinque marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum, ut asseris, non excedunt, sic vacantem... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa eciam providemus... Non obstantibus... aut quod beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad collacionem... dicti episcopi et... prepositi, decani et capituli ecclesie Warmiensis communiter vel divisim pertinens auctoritate quarundam litterarum nostrarum te asseris expectare. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presencium dictam parrochialem ecclesiam fueris pacifice assecutus, prefate littere, per quas huiusmodi beneficium ut prefertur expectas et processus habiti per easdem et quecunque inde secuta, quoad curatum beneficium dumtaxat, sint cassa et irrita... Datum Rome apud S. Petrum, nono kalendas februarii, anno secundo.

Simili modo venerabilibus fratribus.. Tudensi[2] et Pomezaniensi[3] episcopis ac... preposito[4] ecclesie Pomezaniensis >< Datum ut supra.

190.

Romae, 15 februarii 1391.

Augustinus episcopus Perusinus, Bonifacii papae IX thesaurarius, Nicolaum de Gliwice de soluta annata quitat.

Arch. Vat., Armar. XXIX. T. 1 f. 254₁ (CCXXVIIII₁). In fine litterarum ex parte sinistra A(ugustinus) Perusinus etc.

Ed (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 261 nr 470.

Adn. Uncinis inclusa loco etc. *ex similibus litteris hic supplentur.*

Universis et singulis (presentes litteras inspecturis) Augustinus[1] (episcopus Perusinus, domini nostri pape thesaurarius), salutem (in Domino). Universitati (vestre notum facimus per presentes), quod honorabilis vir magister Nicolaus Glywicz[2] litterarum apostolicarum scriptor, olim rector parrochialis ecclesie in Thurow[3] Wratislauiensis diocesis, pro annata seu mediis fructibus primi anni dicte parrochialis ecclesie, in quibus apostolice camere sub certis penis et sentenciis racione dicte parrochialis ecclesie extitit efficaciter obligatus, viginti florenos auri de Ianua[4] de anno Domini nostri Ihesu Christi millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, die quinta decima mensis octobris, in civitate Ianue, ubi tunc Romana curia residebat, apostolice camere tempore debito solvit realiter cum effectu, de quibus viginti florenis auri sic datis et solutis dictum dominum Nicolaum eiusque heredes et successores et dictam parrochialem ecclesiam tenore presencium quitamus, absolvimus et eciam liberamus; mandantes insuper venerabilibus viris dominis.. in civitate et diocesi Wratislauiensibus fructuum, reddituum, proventuum,

189. [2] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [3] *Frater Johannes I, dictus Monachus, episcopus Pomezaniensis alias Insulae B. Mariae, Kwidzyń, in Prussia obligavit se 16. II. 1378, † 7. III. 1409 (Eubel C., Hier. cath. I² 405).* [4] *Vid. supra p. 20 Nr 15 adn. 2.*

190. [1] *Vid. supra p. 86 Nr 97 adn. 2.* [2] *Vid. supra p. 27 Nr 22 adn. 1.* [3] *Vid. supra p. 90 Nr 100 adn. 3.* [4] *Genua, Ianua, Genova in Italia.*

et iurium apostolice camere debitorum collectori et eius succollectori, quatenus, si valorem dictorum viginti florenorum de Camera dicti fructus non excedant, pro dicta annata seu mediis fructibus primi anni dictum dominum Nicolaum vel eius procuratorem de cetero non molestent neque faciant per alios molestari. In quorum (testimonium presentes litteras fieri et sigilli nostri pontificalis, quo utimur, iussimus appensione muniri). Datum Rome apud S. Petrum anno Domini MCCC nonagesimo primo, indiccione quarta decima, die quinta decima mensis februarii, pontificatus etc. domini Bonifacii pape noni anno secundo.

191.

Romae, 16 februarii 1391.

Bonifacius IX Borzislao Johannis de Milczanowo filio beneficium in ecclesia Plocensi reservat; cuius quidem reservationis executionem episcopo Tudensi, decano et custodi ecclesiae Lanciciensis mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 18 f. 101'—102' (CI'—CII'), series De beneficiis vacaturis anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. Jac. de Teramo.

Bonifacius... Borzislao Johannis de Milczanowo [1] presbytero Plocensis diocesis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Plocensis et... prepositi, decani, archidiaconi, scolastici, custodis, cantoris et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Plocensis communiter vel divisim pertinens, eciam si in eadem ecclesia fuerit, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat... si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, quarto decimo kalendas marcii, pontificatus nostri anno secundo.

Simili modo etc... episcopo Tudensi [2] et... decano ac custodi ecclesie Lanciciensis [3] Gneznensis diocesis >< Datum ut supra.

192.

Romae, 18 februarii 1391.

Bonifacius IX Naczconi Przeclai de Głoszkowice filio de canonicatu et praebenda in ecclesia Gneznensi ac parochiali ecclesia in Kalisz providet; cuius quidem provisionis executionem episcopo Tudensi, cancellario Gneznensi et scholastico Lubucensi mandat.

---

191. [1] *Huius nominis villa hodie non exstat; solummodo saec. XVI in par. Łęg prope civ. Płock villa Mlicze, in qua duae sortes tunc Arnoldi et Kostiri propriae fuerunt, deprehenditur (Pawiński A., Źródła dziejowe XVI [Warszawa 1895] 21), nunc autem villa Kostery in eadem parochia remanet.* [2] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [3] *Vid. supra p. 170 Nr 182 adn. 4 et 5.*

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 20 f. 62'—64 (LXII'—LXIIII), series De prebendis vacantibus anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XVIII, XX de Benevento.

Bonifacius... Naczconi Preczlai de Gloscowicze[1] canonico Gneznensi salutem etc. Nobilitas generis vite ac morum honestas... nos inducunt, ut tibi reddamur ad graciam liberales Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura tunc apud Sedem apostolicam vacancia et inantea vacatura collacioni et disposicioni nostre reservantes decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Gneznensis ac parrochialis ecclesia sancte Marie in Kalis[2] Gneznensis diocesis, quos quondam Petrus Johannis de Peczinouicze[3] canonicus Gneznensis et rector parrochialis ecclesiarum predictarum, dum viveret, obtinebat, per ipsius Petri obitum, qui apud Sedem ipsam diem clausit extremum, apud eandem Sedem vacaverint et vacent ad presens, nullusque de illis preter nos hac vice disponere potuerit sive possit reservacione et decreto obsistentibus supradictis, nos volentes tibi, qui, ut asseris, de nobili genere procreatus et Rome in iure canonico scolaris existis... graciam facere specialem, canonicatum et prebendam ac parrochialem ecclesiam predictos, quorum fructus... quadraginta marcharum argenti... valorem annuum, ut asseris, non excedunt... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus... Non obstantibus... seu quod dudum tibi, ut asseris, de canonicatu et prebenda in sancti Floriani Uneoviensis[4] dicte diocesis et de scolastria, que dignitas sine cura est, et super qua in apostolico palacio (litigas)[a], et cuius ac dictorum canonicatus et prebende, quorum possessionem non habes, fructus... sexaginta marcharum argenti... valorem annuum non excedunt, tunc vacantibus, apostolica fuit auctoritate provisum, et quod quandam perpetuam vicariam, super qua in partibus litigas, et vicecustodiam ac[b] altare sancti Johannis Baptiste situm necnon auctoritate litterarum nostrarum in predicta Gneznensi et in Cracouiensi sub expectacionibus prebendarum ecclesiis canonicatus nosceris obtinere. Nos enim tibi dicta auctoritate concedimus, quod eciam, postquam presencium vigore dictam parrochialem ecclesiam fueris pacifice assecutus, ius, quod tibi in eadem scolastria seu ad eam competit, propterea non vacet, sed tu litteras huiusmodi perinde libere et licite prosequi valeas, ac si dictam parrochialem ecclesiam minime assequaris, constitucionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscunque. Volumus autem, quod, quamprimum canonicatus et prebende per nos ut prefertur collatorum (possessionem fueris pacificam assecutus)[a], dicte nostre littere, per quas canonicatum sub expectacione prebende eiusdem Gneznensis ecclesie obtines ut prefertur et processus habiti per easdem et quecunque inde secuta sint cassa et irrita ac nullius roboris et momenti; cum vero canonicatus et prebende vel parrochialis ecclesie vigore presencium, vicariam, vicecustodiam et altare, et cum scolastrie predictorum possessionem fueris pacificam assecutus, parrochialem ecclesiam predictam, si illam interim assequaris, que extunc vacare decernimus, et omne ius tibi in dicta parrochiali ecclesia et ad eam quomodolibet competens omnino, prout ad

192. [a] *uncinis incl. ab editore suppl.* [b] ad *in Reg. Lat.*

192. [1] *Vid. supra p. 125 Nr 135 adn. 4.* [2] *Kalisz civitas ad fl. Prosna nunc in Wladislaviensi diocesi sita.* [3] *Vid. supra p. 169 Nr 182 adn. 1.* [4] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 3.*

id te sponte obtulisti, dimittere tenearis... Datum Rome apud S. Petrum, duodecimo kalendas marcii, anno secundo.

Simili modo... episcopo Tudensi[5] et... cancellario Gneznensis[6] ac scolastico Lubucensis[7] ecclesiarum >< Datum ut supra.

193.

Romae, 20 februarii 1391.

Bonifacius IX Johannem canonicum monasterii S. Vincentii extra Wratislaviam eidem monasterio in abbatem praeficit. Sequuntur quatuor mandata: conventui eiusdem monasterii, ut obedientiam eidem abbati exhibeat; vasallis, ut eidem electo servitia exhibeant; abbati monasterii Strahoviensis prope Pragam, ut eundem abbatem favore prosequatur; Wenceslao Romanorum et Bohemiae regi, ut eundem abbatem favore prosequatur.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 13 f. 141'—142' (CXVIIII'—CXX'), series De provisionibus prelatorum anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XVIII, IX, IX, IX, IX de Teramo.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 262 nr 473.

Bonifacius etc.... Johanni[1] abbati monasterii sancti Vincencii extra muros Wratislauienses... Inter solicitudines varias... Dudum siquidem quondam Francisco[2] abbate monasterii sancti Vincencii extra muros Wratislauienses Premonstratensis ordinis regimini eiusdem monasterii presidente, nos cupientes eidem monasterio, cum vacaret, per apostolice Sedis providenciam utilem et ydoneam presidere personam provisionem ipsius monasterii ordinacioni et disposicioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque... contigeret attemptari. Postmodum vero prefato monasterio per ipsius Francisci abbatis obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, abbatis regimine destituto, dilecti filii conventus dicti monasterii, reservacionis et decreti predictorum forsan ignari, te canonicum ipsius monasterii ordinem ipsum expresse professum et in sacerdocio constitutum in eorum ac dicti monasterii abbatem licet de facto concorditer elegerunt, tuque reservacionis et decreti predictorum similiter inscius eleccioni huiusmodi, illius tibi presentato decreto, consensisti eciam de facto. Et deinde reservacione et decreto predictis ad tuam deductis noticiam eleccionis huiusmodi negocium proponi fecisti in consistorio coram nobis. Nos igitur eleccionem huiusmodi et quecunque inde secuta, utpote post et contra reservacionem et decretum predicta de facto ut premittitur attemptata, irrita, prout erant, et inania reputantes et ad provisionem ipsius monasterii... celerem et felicem... intendentes... post deliberacionem, quam... cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te, cui de religionis zelo, litterarum sciencia, vite mundicia, honestate morum... apud nos fidedigna testimonia perhibentur, convertimus oculos

192. [5] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [6] *Cancellarii Gneznenses tum temporis quidam Bronislaus 26. XII. 1386, Nicolaus dictus Pieniążek 22. X. 1394 deprehenduntur (Kod. WPol. III 586, 675 nr 1859, 1953).* [7] *Vid. supra p. 124 Nr 135 adn. 2.*

193. [1] *Johannes Hartlib 1391—† 16. IV. 1409 (Stenzel G. A., Scriptores rerum Silesiacarum II [Breslau 1839] 139).* [2] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 2.*

nostre mentis, quibus omnibus necnon dictorum conventus te eligencium concordi voluntate debita meditacione pensatis, de persona tua nobis et eisdem fratribus... accepta, eidem monasterio de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus teque illi preficimus in abbatem curam et administracionem ipsius monasterii tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo... Datum Rome apud S. Petrum, decimo kalendas marcii, anno secundo.

Simili modo... conventui monasterii Sancti Vincencii extra muros Wratislauienses Premonstratensis ordinis... Inter solicitudines varias >< Datum ut supra.

Simili modo... universis vasallis monasterii sancti Vincencii extra muros Wratislauienses Premonstratensis ordinis... Inter solicitudines varias... Datum ut supra.

Simili modo... abbati monasterii Strahouiensis[2] Pragensis Premonstratensis ordinis... Inter solicitudines varias etc. Cum igitur, ut idem abbas Johannes in commissa sibi cura predicti monasterii Sancti Vincencii, quod tibi ut patri abbati ex institutis eiusdem ordinis per Sedem apostolicam ex certa sciencia approbatis subesse dinoscitur, facilius proficere valeat, tuus favor sibi esse noscatur plurimum oportunus, discrecionem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus eundem abbatem et commissum sibi monasterium habens pro nostra et apostolice Sedis reverencia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos tui favoris presidio prosequaris, quod idem abbas in commisso sibi eiusdem monasterii regimine se possit utiliter exercere, tuque Diuinam misericordiam et dicte Sedis benivolenciam et graciam exinde uberius consequi merearis. Datum ut supra.

Simili modo... Wenceslao Romanorum et Boemie regi illustri... Gracie Diuine premium et humane laudis preconium acquiritur, si per seculares principes personis ecclesiasticis et presertim ecclesiarum et monasteriorum regiminibus presidentibus oportuni favoris presidium et honor debitus impendatur. Dudum etc. Cum itaque filii carissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis Eterni gloria venerari, serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, quatinus eundem abbatem et prefatum monasterium sue cure commissum habens pro nostra et apostolice Sedis reverencia propensius commendatos, ipsos benigni favoris auxilio prosequaris, ita quod idem abbas tue celsitudinis fultus presidio in commisso sibi predicti monasterii regimine possit Deo propicio prosperari, ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat accio graciarum. Datum ut supra.

194.

Romae, 21 februarii 1391.

Bonifacius IX cum Stanislao Steynrocker presbytero Wratislaviensis diocesis super irregularitate dispensat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 10 f. 214'—215 (CCXIII'—CCXIIII), series De exhibitis anno secundo. *In fine litterarum* N. XVI de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 264 nr 475.

Bonifacius... Stanislao Steynroker presbytero Wratislauiensis diocesis... Sedes apostolica pia mater recurrentibus ad eam cum humilitate filiis post excessum libenter se

193. [2] *Strahovia, Strahov, alias Mons Sion prope Pragam. Johannes canonicus monasterii Strahoviensis 11. I. 1391 eidem monasterio in abbatem est praefectus (Crofta C., o. supra c. 246 nr 445).*

propiciam exhibet et benignam. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua peticio continebat, quod cum olim tu in vicesimo secundo tue etatis anno constitutus existeres, tamquam simplex et iuris ignarus nullaque super hoc canonica dispensacione obtenta te fecisti alias tamen rite ad sacerdocium promoveri, ac deinde parrochiali ecclesia in Greyfenberch[1] Wratislauiensis diocesis, quam quondam Syfridus Weydeman ultimus ipsius ecclesie rector, dum viveret, obtinebat, per ipsius Syfridi obitum, qui extra Romanam curiam decessit, vacante, tu venerabili fratri nostro Wenceslao[2] episcopo Wratislauiensi a veris patronis eiusdem ecclesie et existentibus in pacifica possessione vel quasi iuris presentandi rectorem ad ipsam ecclesiam sic vacantem presentatus licet de facto ac per eundem episcopum in ipsius ecclesie rectorem auctoritate ordinaria institutus eciam de facto et presentacionis ac institucionis huiusmodi pretextu eandem ecclesiam assecutus fuisti. ac in susceptis ordinibus sacramenta[a] ecclesiastica parrochianis dicte ecclesie eciam Diuina officia celebrando ministrasti, ipsamque ecclesiam detinuisti, prout adhuc detines indebite occupatam, fructus ex illa percipiens similiter de facto. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut tibi et statui tuo super hoc de oportuno remedio providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur... omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam, per te premissorum occasione contractam... penitus abolemus. Volumus autem, quod dictam parrochialem ecclesiam exnunc realiter et omnino dimittas. Nulli ergo omnino etc. nostre abolicionis et voluntatis infringere etc. Siquis autem etc. Datum Rome, apud S. Petrum, nono[b] kalendas martii, pontificatus nostri anno secundo.

195.

Romae, 21 februarii 1391.

Bonifacius IX officiali Wratislaviensi, ut Stanislao Steynrocker parochialem ecclesiam in Greiffenberg de novo conferat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 10 f. 225—226 (CCXXIIII—CCXXV), series De diversis formis anno secundo. *In fine litterarum* N. XXIIII de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 264 nr 476.

Bonifacius... officiali Wratislauiensi...[1] Dignum arbitramur... Hodie siquidem pro parte... Stanislai Steynrocker[2] presbyteri Wratislauiensis diocesis nobis exposito, quod cum olim ipse in vicesimo secundo sue etatis anno constitutus existeret tamquam simplex et iuris ignarus nullaque super hoc canonica dispensacione obtenta se fecerat, alias tamen rite, ad sacerdocium promoveri; ac deinde parrochiali ecclesia in Greyfenberg dicte diocesis, quam quondam Syfrydus Weydeman obtinebat... vacante, dictus Stanislaus... Wenceslao episcopo Wratislauiensi a veris patronis eiusdem ecclesie... presentatus... eandem ecclesiam assecutus fuerat et in susceptis ordinibus sacramenta ecclesiastica parrochianis dicte ecclesie eciam Diuina officia celebrando ministravit, ipsamque ecclesiam detinuerat, prout detinebat indebite occupatam, fructus ex illa percipiendo

194. [a] sacramentaque *in Reg. Lat.* [b] nono *in margine cum nota* N. de Benevento *loco* VIIII *cancell. in Reg. Lat.*

194. [1] *Greiffenberg ad fl. Kwisa oppidum cum ecclesia parochiali B. Mariae Virginis, nunc in archipresbyteratu Lubtal, Liebenthal, situm.* [2] *Vid. supra p. 132 Nr 144 adn. 2.*

195. [1] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.* [2] *Vid. supra p. 185—186 Nr 194.*

similiter de facto. Nos omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per ipsum Stanislaum premissorum occasione contractam per alias nostras litteras penitus abolevimus ac voluimus, quod ipse Stanislaus ecclesiam predictam extunc realiter et omnino dimitteret, prout in dictis litteris plenius continetur[2]. Cum autem secundum premissa predicta ecclesia per ipsius Syfridi obitum adhuc ut prefertur vacare noscatur, nos volentes eundem Stanislaum... favore prosequi gracioso, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si per diligentem examinacionem dictum Stanislaum, qui ut asserit in trigesimo eiusdem sue etatis anno constitutus existit, bene legere, bene construere et bene cantare ac congrue loqui latinis verbis et alias ydoneum ad dictam ecclesiam obtinendum esse inveneris... ecclesiam predictam, cuius fructus... decem et octo florenorum auri secundum communem extimacionem, ut idem Stanislaus asserit, valorem annuum non excedunt... eidem Stanislao... cum omnibus iuribus et pertinenciis suis auctoritate nostra conferre et assignare procures. ...Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, nono[a] kalendas martii, anno secundo.

196.

Romae, 21 februarii 1391.

Bonifacius IX patriarchae Gradensi, ut, si Johannem de Namysłów de homicidio quodam innocentem esse reppererit, eum nullam irregularitatis maculam incurrisse declaret, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 12 f. 9' (XXXIII'), series De exhibitis anno secundo. *In fine litterarum* Pro Socio. N. de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 265 nr 477.

Bonifacius etc. venerabili fratri patriarche Gradensi[1] in Romana curia commoranti salutem etc. Justis et honestis supplicum votis libenter annuimus illaque favoribus prosequimur oportunis. Exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii magistri Johannis Namslaw[2] canonici Warmiensis, scriptoris nostri, peticio continebat, quod licet nuper ipse, dum per Waltherum de Bruchsella[3] diaconum Spirensis[4] diocesis in personam quondam Johannis de Gochicz subdiaconi homicidium perpetraretur, ex casu fortuito presens fuerit, tamen manibus propriis prefatum Johannem Gochtzyn tunc interfectum non tetigit, neque prefatum Waltherum ad hoc irritavit seu induxit aut sibi mandavit vel cum ipso Walthero verbo vel intersigno id fieri ordinavit, neque alias quovis modo quoad actum huiusmodi prestitit auxilium, consilium vel favorem, neque ratum habuit homicidium antedictum. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, ipse Johannes Namslaw per illos, qui tunc presentes fuerant, sufficienter probare possit se de homicidio huiusmodi fuisse et esse penitus innocentem, pro parte ipsius Johannis fuit nobis humiliter supplicatum, ut sibi ad obstruendum ora emulorum suorum obloquencium super hoc providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus

195. [a] nono *in margine cum nota* N. de B *loco* VIIII *cancell. in Reg. Lat.*

195. [2] *Vid. supra p. 185—186 Nr 194.*

196. [1] *Vid. supra p. 10 Nr 6 adn. 3.* [2] *Vid. supra p. 133 Nr 145 adn. 4.* [3] *Bruxella, Bruxelles civitas capitalis in Belgia.* [4] *Spira, Speyer, civitas in sinistra fl. Rheni ripa sita.*

inclinati fraternitati tue, de qua in hiis et aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus auctoritate nostra te de premissis diligenter informes, et si per testes, qui, dum prefatum homicidium perpetraretur, presentes fuerant ut prefertur, et eorum deposiciones ac informacionem huiusmodi premissa reppereris veritate fulciri, prefatum Johannem Namslaw eadem auctoritate declares nullam propterea inhabilitatis seu irregularitatis aut infamie maculam incurrisse, super quibus eciam confici facias unum vel plura publicum seu publica instrumentum seu instrumenta tui sigilli munimine roboratum seu roborata, in quo vel in quibus propria nomina eorundem, quos super premissis examinaveris ut prefertur, ad maiorem certitudinem premissorum facias annotari. Datum Rome apud S. Petrum, VIIII kalendas martii, pontificatus nostri anno secundo.

197.

Romae, 21 februarii 1391.

Bonifacius IX Johanni Stanislai de Piotrkowice filio vicecustodiam, vicariam perpetuam et altare S. Johannis Baptistae, quae Naczko Przeclai filius in ecclesia Gneznensi obtinet, reservat; cuius quidem reservationis executionem episcopo Tudensi, archidiacono ecclesiae Poznaniensis et officiali Poznaniensi mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 20 f. 177—178' (CLXXVII—CLXXVIII'), series De beneficiis vacantibus anno secundo. *In fine litterarum* Pro Deo. N. de Benevento.

Bonifacius... Johanni Stanislai de Potrkowicze [1] rectori parrochialis ecclesie in Marzenino [2] Gneznensis diocesis... Vite ac morum honestas... Nuper siquidem... Naczconi Preczislai de Gloscouicze [3] canonico Gneznensi de canonicatu et prebenda ecclesie Gneznensis et parrochiali ecclesia sancte Marie in Kalis [4] dicte [a] diocesis tunc certo modo vacantibus et antea disposicioni apostolice reservatis per nostras litteras [4] graciose duximus providendum, volentes inter cetera, quod idem Naczco, quamprimum dictarum litterarum vigore canonicatum et prebendam vel parrochialem ecclesiam predictos fuerit pacifice assecutus, quedam [b] vicecustodiam [c] nuncupatum beneficium et vicaria(m) perpetua(m) [c] ac altare sancti Johannis Baptiste situm in eadem ecclesia [d] Gneznensi, que ipse Naczco [d] tunc temporis canonice obtinebat, prout obtinet, et que extunc vacare decrevimus, omnino dimittere teneretur, prout in ipsis litteris [4] plenius continetur. Cum autem propterea [e] beneficium et vicaria ac [e] altare prefata vacare sperarentur in brevi, nos volentes tibi... graciam facere specialem, [f] beneficium et vicariam ac altare predicta, que sine cura sunt et quorum [f] fructus... viginti marcharum argenti puri secun-

197. [a] dicte *in margine suppl. loco* Gneznen. *cancell. in Reg. Lat.* [b] quedam *in margine Reg. Lat. suppl. cum nota* Correctum de mandato N. de Benevento. [c—c] nuncupatum beneficium et vicaria perpetua *in margine cum nota* Correctum de mandato N. de Benevento *loco* ecclesie Gneznensis *cancell. in Reg. Lat.* [d—d] Gneznensis que ipse Naczco *in margine cum nota* Correctum ut supra N. de Benevento *loco* que *cancell. in Reg. Lat.* [e—e] beneficium et vicaria ac *in margine cum nota* Correctum ut supra N. de Benevento *loco* vicecustodia et *cancell. in Reg. Lat.* [f—f] beneficium et vicariam ac altare predicta, que sine cura sunt et quorum *in margine cum nota* Correctum ut supra N. de Benevento *loco* vicecustodiam, que simplex officium, et altare predicta, quorum ac eiusdem perpetue vicarie sine cura in eadem ecclesia, de qua tunc certo modo vacante, hodie tibi provideri concessimus *cancell. in Reg. Lat.*

197. [1] *Vid. supra p. 140 Nr 153 adn. 3.* [2] *Vid. supra p. 140 Nr 153 adn. 4.* [3] *Vid. supra p. 125 Nr 135 adn. 4.* [4] *Vid. supra p. 183 Nr 192 adn. 2.*

dum communem extimacionem valorem annuum, ut asseris, non excedunt, cum illa premisso vel alio quovis modo, preterquam per ipsius Naczconis obitum, vacare contigerit, conferenda tibi, [g]eciam si super ipsa vicaria inter eundem Naczconem et... Johannem rectorem parrochialis ecclesie de Wrzesna[5] dicte diocesis lis pendeat indecisa, cuius statum haberi volumus presentibus pro expresso[g] cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... seu quod nuper tibi, ut asseris. de parrochiali ecclesia predicta[h], cuius fructus... duodecim marcharum argenti puri simili extimacione valorem annuum non excedunt, cuius possessionem nondum adeptus existis, tunc eciam certo modo vacante per quasdam[1] et de canonicatu sub expectacione prebende Poznaniensis per alias graciose providimus et de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura vacante vel vacaturo ad collacionem... archiepiscopi et capituli predictorum et... prepositi, decani, archidiaconi, scolastici, cantoris, custodis singulorumque canonicorum et personarum eiusdem Gneznensis ecclesiarum... pertinente per alias nostras litteras graciose mandavimus provideri. Nulli ergo etc. nostre reservacionis, inhibicionis, constitucionis et voluntatis infringere etc. Siquis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, nono kalendas marcii, anno secundo.

Simili modo... episcopo Tudensi[6] et... [i]archidiacono ecclesie Poznaniensis[7] ac officiali Poznaniensi[i] [8] >< Datum ut supra.

198.

Romae, 26 februarii 1391.

Bonifacius IX Johanni abbati monasterii S. Vincentii extra Wratislaviam, ut a quocunque catholico antistite munus benedictionis recipere possit, concedit.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 12 f. 193—193' (CCXVI—CCXVI'), series De diversis formis anno secundo. *In fine litterarum* Jac. XII de Teramo.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 266 nr 479.

Bonifacius etc. dilecto filio[a] Johanni[1] abbati monasterii sancti Vincencii extra muros Wratislauienses Premonstratensis ordinis salutem etc. Cum nuper monasterio sancti Vincencii extra muros Wratislauienses ordinis Premonstratensis abbatis regimine destituto de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigenciam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio duxerimus auctoritate apostolica providendum,

197. g—g eciam si super ipsa vicaria inter eundem Naczconem et dilectum filium Johannem rectorem parrochialis ecclesie in Wrzesna dicte diocesis lis pendeat indecisa, cuius statum haberi volumus presentibus pro expresso *cum nota* Correctum de mandato N. de Benevento *suppl. in margine Reg. Lat.* h *sequ.* in Marzenino dicte diocesis *cancell. in Reg. Lat.* i—i archidiacono ecclesie Poznan. ac officiali Poznan. *in margine cum nota* Correctum de mandato N. de Benevento *loco* Abbati sancte Marie in Arena extra muros Wratislauien. ac cantori ecclesie Gneznen. *cancell. in Reg. Lat.*

197. 5 *Września oppidum versus meridiem a civitate Gniezno tunc et nunc in Gneznensi diocesi situm.* 6 *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* 7 *Albertus archidiaconus Poznaniensis 14. VII. 1380—4. VI. 1401, — necnon in spiritualibus Poznaniensis ecclesiae vicarius generalis 16. VII. 1390 deprehenditur (Kod. WPol. III 493, 628 nr 1774, 1903, V 19 nr 18).* 8 *Vid. supra p. 37 Nr 35 adn. 1.*

198. a filio *omiss. in Reg. Lat.*

198. 1 *Vid. supra p. 184 Nr 193 adn. 1.*

preficiendo te illi in abbatem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Nos ad ea, que ad tue commoditatis augmentum cedere valeant, favorabiliter intendentes, tuis supplicacionibus inclinati tibi, ut a quocunque malueris catholico antistite graciam et communionem apostolice Sedis habente munus benediccionis recipere ac eidem antistiti, ut munus predictum auctoritate nostra impendere libere tibi possit, plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem. Volumus autem, quod idem antistes, qui tibi prefatum munus impendet, postquam illud tibi impenderit, a te nostro et Romane ecclesie nomine fidelitatis debite solitum recipiat iuramentum iuxta formam, quam sub bulla nostra mittimus interclusam; ac formam iuramenti, quod te prestare contigerit, nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo signatas per proprium nuncium quantocius destinare procuret. Datum Rome apud S. Petrum, quarto kalendas marcii, anno secundo.

199.

Romae, 10 martii 1391.

Bonifacius IX iudicibus, ut ei de Lubucensis ecclesiae ad oppidum Fürstenwalde translata sede relationem mittant, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 12 f. 73'—74 (XCVII'—XCVIII), series De exhibitis anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. L de Benevento

Bonifacius etc. venerabili fratri episcopo Brandeburgensi[a] [1] et dilectis filiis.. Nouecelle[2] et in Corin[3] Misnensis et Brandeburgensis diocesis monasteriorum abbatibus salutem etc. Exhibita nobis pro parte venerabilis fratris nostri episcopi et dilectorum filiorum capituli Lubucensis peticio continebat, quod cum olim clare memorie Carolus Romanorum imperator contra quondam Ottonem marchionem Brandenburgensem[a] [4] in marchionatu Brandenbergensi[a] bellum gereret cum magna multitudine armatorum, et prelati ac persone Lubucensis ecclesie, qui tunc erant, prope ecclesiam ipsam, que lucea seu de argilla et sine muro et alia firmitate ante castrum Lubucensem[5] consistebat, residerent, et gentes seu armati huiusmodi civitatem Lubucensem tunc male munitam et castrum ipsum violenter cepissent, eadem ecclesia in equorum stabulum commutata, omnibusque bonis mobilibus ibidem inventis in predam direptis ac domibus episcopalibus et prelatorum et personarum predictorum necnon villis, allodiis, vineis et aliis possessionibus eorum et aliorum ministrorum suorum igne concrematis penitus et diruptis, huiusmodi prelati et persone et ministri necessitate compulsi ad opidum Firstenwalde[6] Lubucensis diocesis, quod in spiritualibus et temporalibus iuris et proprietatis ipsius ecclesie ac muris, aquis et fossatis munitum existebat, prout existit, confugerunt, in quo quidem opido extunc fere per decem et octo annos episcopus, prelati, persone et ministri prefati residerunt, prout de presenti resident pacifice et quiete. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, tam episcopus, prelati, persone et ministri huiusmodi, quam res ipsius ecclesie melius et conveniencius auxiliante Domino in eodem opido conser-

199. [a] Brandeburgen., Brandenburgen., Brandenbergen. *in Reg. Lat.*

199. [1] *Brandenburgensis episcopus Theodoricus de Schulenburg 28. V. 1365—† 26. IV. 1393.* [2] *Vid. supra p. 115 Nr 124 adn. 2.* [3] *Choren in Saxonia tunc et nunc in Misnensi diocesi situm.* [4] *Otto V marchio Brandenburgensis bello coactus a. 1373 Carolo IV Romanorum imperatori marchiam Brandenburgensem vendidit.* [5] *Lubusz, Lebus, castrum in terra Lubucensi in sinistra ripa fluvii Oderae situm.* [6] *Vid. supra p. 152 Nr 164 adn. 2.*

vari et ab hostium incursibus se tueri possent, pro parte ipsorum episcopi et capituli nobis fuit humiliter supplicatum, ut eandem Lubucensem ecclesiam ad huiusmodi opidum transferre et parrochialem ecclesiam sancte Marie Virginis dicti opidi in cathedralem erigere, dictamque parrochialem ecclesiam, cuius duodecim, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis mense capitulari dictorum capituli, cuius octuaginta marcharum argenti secundum communem extimacionem (fructus)[b] valorem annuum ut asseritur non excedunt imperpetuum apropriare, annectere [c]ex nunc[c] ita, quod cedente vel decedente rectore dicte parrochialis ecclesie, qui nunc est, vel ipsam ecclesiam alias quomodolibet dimittente, nomen rectoris in eo eo ipso sit extinctum et animarum parrochianorum ipsius ecclesie cura ad eosdem capitulum extunc pertineat, ipsisque capitulo liceat possessionem dicte parrochialis ecclesie propria auctoritate apprehendere et perpetuo retinere, licencia super hoc alicuius minime requisita, et pro eadem parrochiali ecclesia quevis incumbencia onera dicti capitulum supportare et subire caveantur, et aliis in premissis providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur de predictis certam noticiam non habentes, huiusmodi supplicacionibus inclinati, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus et committimus, quatenus de premissis omnibus et singulis et eorum circumstanciis auctoritate nostra vos diligencius informetis et quidquid per informacionem huiusmodi reperitis nobis per vestras patentes litteras, publica manu conscriptas vestrisque sigillis signatas harum seriem continentes, quantocicius referre curetis, ut vestra huiusmodi relacione instructi in premissis consulcius procedere valeamus; quod, si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu frater episcope cum altero ex predictis ea nichilominus exequaris. Datum Rome apud S. Petrum, sexto idus marcii, anno secundo[d].

200.

Romae, 14 martii 1391.

Bonifacius IX officiali Wratislaviensi, ut Nicolao de Borsnicz canonicatum et praebendam in ecclesia Pragensi conferat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 20 f. 55'—56' (LV'—LVI'), series De prebendis vacantibus anno secundo. *In fine litterarum* Jac. XXIII de Teramo.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 269 nr 486.

Bonifacius etc.... officiali Wratislauiensi...[1] Dignum arbitramur etc. Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica, tunc apud Sedem apostolicam vacancia et inantea vacatura, collacioni et disposicioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Pragensis, quos... Franciscus de Benischow[2] cubicularius et subdiaconus ac referendarius noster tunc temporis obtinebat, per liberam resignacionem ipsius Francisci, per ipsum de illis in manibus nostris sponte factam et per nos auctoritate apostolica admissam, apud Sedem eandem vacaverint et vacent ad presens nullusque preter nos hac vice disponere potuerit neque possit reservacione et decreto obsisten-

199. [b] fructus... *omiss. in Reg. Lat.* [c] et nunc[c] *in Reg. Lat.* [d] secundo *post cancell.* primo *in Reg. Lat.*

200. [1] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 2.* [2] *Benešov; plura huius nominis loca in Bohemia et Moravia exstant.*

tibus supradictis, nos volentes... Nicolaum de Borsnicz[3] canonicum Wratislauiensem, qui ut asseritur ex utroque parente de militari genere procreatus existit[a] et in iure canonico per sex annos et ultra studuit... favore prosequi gracioso, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si post diligentem examinacionem ipsum Nicolaum ad hoc ydoneum esse reppereris... canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus... triginta marcharum argenti puri secundum communem extimacionem valorem annuum ut asseritur non excedunt, sive premisso sive alio quovismodo seu ex alterius cuiuscunque persona vacent, dummodo eorum collacio ad nos dumtaxat hac vice pertineat, prefato Nicolao auctoritate nostra conferas et assignes... Non obstantibus... seu quod idem Nicolaus ut asseritur Wratislauiensis ac Poznaniensis necnon sancte Crucis prope Wratislauiam ac santi Petri Wissegradensis prope Pragam canonicatus et prebendas, quorum omnium fructus... centum marcharum argenti secundum extimacionem predictam valorem annuum non excedunt, obtinet. et dudum sibi de Olomucensis ac Gneznensis necnon predicte Pragensis canonicatibus sub expectacionibus prebendarum ac dignitatis vel personatus seu officii eiusdem Pragensis ecclesiarum graciose concessimus provideri. Volumus autem, quod, quamprimum ipse Nicolaus canonicatum et prebendam eiusdem ecclesie Pragensis sic vacantes vigore presencium fuerit pacifice assecutus, predicta concessionis gracia sibi de canonicatu sub expectacione prebende eiusdem ecclesie Pragensis ut premittitur facta et quecunque inde secuta sint cassa et irrita... Datum Rome apud S. Petrum, secundo idus marcii, anno secundo.

201.

Romae, 15 martii 1391.

Bonifacius IX Francisco episcopo Penestrino, Romanae ecclesiae vicecancellario, ut Marino tit. S. Mariae Novae diacono cardinali et Johanni de Borsnicz certa beneficia ecclesiastica, quae invicem permutare desiderant, conferat, mandat.

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 17 f. 147—148 (CXLVIIII—CL), series [a]De diversis formis[a]. *Supra in margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Jac. XXVIII de Teramo.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 270 nr 487.

Bonifacius etc... Francisco[b 1] episcopo Penestrino, sancte Romane ecclesie vicecancellario, salutem etc. Apostolice Sedis circumspecta benignitas desideria iusta petencium congruo favore prosequitur et votis eorum, que a racionis tramite non discordant, libenter se exhibet propiciam et benignam. Cum itaque... Marinus[2] sancte Marie Noue

200. [a] existat *in Reg. Lat.*

200. [3] *De notissima in Silesia nobilium gente procreatus, 13. XII. 1384 canonicus Wratislaviensis, 12. XII. 1396 scholasticus Wratislaviensis et 1. X. 1399 archidiaconus Olomucensis, praeterea canonicus ecclesiae collegiatae S. Crucis Wratislaviae, ubi pauperibus scholaribus favebat, deprehenditur; † paullo ante 3. VI. 1422. In ecclesia Wratislaviensi erat tunc capella nominis Nicolai Borsnicz (Bauch G., Geschichte des Breslauer Schulwesens vor der Reformation, ed. in Cod. dipl. Silesiae XXV [Breslau 1909] 171).*

201. [a—a] *ab editore suppl.* [b] Francisco *supra lineam scriptum cum nota* Jac.

201. [1] *Vid. supra p. 84 Nr 95 adn. 5.* [2] *Vid. supra p. 67 Nr 78 adn. 1.*

diaconus cardinalis Wratislauiensis et... Johannes de Borsnicz[3] [b]canonicus Gneznensis[b], decretorum doctor, sancte Marie Glogouiensis[4] Wratislauiensis diocesis ecclesiarum canonicatus et prebendas, quos obtinent, desiderent, sicut asserunt, ex certis racionalibus causis invicem permutare, nos votis Marini cardinalis, qui eciam camerarius noster existit, et Johannis predictorum favorabiliter annuentes, fraternitati tue, de qua in his et aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus ab eisdem Marino cardinali et Johanne vel procuratoribus eorum ad hoc ab eis specialiter constitutis resignaciones huiusmodi, si eas sponte et libere facere voluerint, auctoritate nostra hac vice dumtaxat recipias et admittas, et huiusmodi resignacionibus per te receptis et admissis, Marino cardinali sancte Marie, quorum viginti, ac Johanni predictis Wratislauiensis ecclesiarum predictarum canonicatus et prebendas huiusmodi, quorum decem et octo marcharum argenti fructus... valorem annuum ut asseritur non excedunt, cum illos per huiusmodi resignaciones vacare contigerit... eadem auctoritate conferas et assignes... Non obstantibus... seu quod memoratus Johannes ut asseritur in Gneznensi[3] canonicatum et prebendam, et in sancte Elizabeth unum et in sancte Marie Magdalene Wratislauiensis aliud altaria sita, que sine cura sunt, obtinet, et quod causam, quam super prepositura in Pragensi contra quendam adversarium suum movere intendit, quorum omnium fructus... trecentarum marcharum argenti secundum predictam extimacionem valorem annuum non excedunt, in palacio apostolico per nos committi obtinuit, quodque super canonicatu et prebenda in Wratislauiensi predicta in eodem palacio litigat, et quod nos dudum sibi de in Pragensi et de in Olomucensi et de in Poznaniensi[5] et de in Wladislauiensi canonicatibus sub prebendarum et in eisdem Pragensi et Wratislauiensi ecclesiis sub dignitatum vel personatuum seu officiorum expectacionibus per quasdam providimus, necnon de beneficio ecclesiastico sine cura ad collacionem... [c]predicti episcopi[c] pertinente, vacante vel vacaturo, per quasdam alias nostras litteras graciose mandavimus provideri. Volumus autem, quod dictus Johannes, quamprimum vigore presencium canonicatum et prebendam Wratislauiensis predictos fuerit pacifice assecutus, alios canonicatum et prebendam eiusdem Wratislauiensis ecclesie, super quibus litigat ut prefertur, si illos interim evincat, quos extunc vacare decernimus, omnino dimittere, alioquin omni iuri sibi in eis seu ad eos quomodolibet competenti cedere teneatur. Nostre tamen intencionis existit, quod Marino cardinali in sancte Marie et Johanni prefatis in Wratislauiensis ecclesiarum predictarum canonicatibus et prebendis prenominatis ex collacionibus huiusmodi, per te de illis ut premittitur faciendis, nullum ius quomodolibet acquiratur, nisi Marinus cardinalis et Johannes prefati tempore resignacionum huiusmodi ius haberent in canonicatibus et prebendis per eos taliter resignandis. Et insuper irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Rome apud S. Petrum, idibus marcii, anno secundo.

202.

Romae, 17 martii 1391.

Bonifacius IX praeposito monasterii Miechoviensis, ut praebendam ecclesiae Cracoviensis, super qua inter Derslaum Blisborii et Paulum Nankeri filios in palatio apostolico causa vertitur, sequestret, mandat.

201. [b—b] *omiss. Crofta C. l supra c.* [c—c] episcopi Vratislauiensis *falso Crofta C. l. supra c.*

201. [3] *Vid. supra p. 7 Nr 5 adn. 4.* [4] *Vid. supra p. 64 Nr 73 adn. 5* [5] *13. XI 1389, Vid. supra p. 35—36 Nr 33.*

Arch. Vat., Reg. Lateran. T. 17 f. 32'—33' (XXXII'—XXXIII') series De exhibitis anno secundo. *In fine litterarum.* N. XXVI de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 271—273 nr 488.

Bonifacius ect. [a]dilecto filio preposito monasterii Mechouiensis[1] per prepositum soliti gubernari Cracouiensis diocesis[a] salutem etc. Exhibita nobis pro parte dilecti filii Derslai Blisborii[2] asserentis se canonicum Cracouiensem peticio continebat, quod olim ipse altare Annunciacionis beate Marie situm in ecclesia Cracouiensi[3] et capellam sancte Marie Magdalene[4] Cracouiensem et dilectus filius Johannes de Haynow[5] canonicatum et prebendam dicte ecclesie, que tunc temporis obtinebant, desiderantes illa ex certis causis racionalibus invicem permutare, in manibus tuis ex causa permutacionis huiusmodi extra Romanam curiam sponte et libere resignarunt, tuque resignacionibus huiusmodi auctoritate ordinaria extra dictam curiam admissis, Derslao canonicatum et prebendam ac Johanni prefatis altare et capellam predicta sic vacancia eadem auctoritate contulisti et de illis eciam providisti eciam presente et non contradicente Paulo Nankeri[6], qui se gerit pro canonico Cracouiensi, et quod licet idem Derslaus predictos canonicatum et prebendam vigore collacionis et provisionis huiusmodi fuisset pacifice assecutus, tamen postmodum prefatus Paulus asserens se vigore quarumdam litterarum nostrarum sibi graciose concessarum canonicatum dicte ecclesie obtinere et prebendam in eadem ecclesia expectare, et falso pretendens dictam prebendum per liberam resignacionem predicti Johannis vacavisse et vacare, seque illam infra tempus legitimum acceptasse et de illa sibi provisum fuisse, predictum Derslaum eadem prebenda manu armata et violenter spoliavit [b]dictamque prebendam[b] occupavit, et nonnullas decimas et alios fructus ad eosdem canonicatum et prebendam pertinentes et per dictum Derslaum et eius nomine perceptas et collectos occupavit, propter que orta inter ipsos Derslaum et Paulum materia questionis, prefatus Derslaus eundem Paulum coram dilecto filio Bertoldo de Camen[7] rectore parrochialis ecclesie in Wansow[8] Wratislauiensis diocesis, tunc in civitate Cracouiensi commorante, cui tu huiusmodi causam auctoritate predicta audiendam commiseras et fine debito terminandam, petendo decerni et declarari dictum Paulum propter huiusmodi spoliacionem et occupacionem vigore statutorum provincialium provincie Gneznensis, de qua predicta civitas, et Cracoviensis diocesis existunt, excommunicacionis sentenciam incurrisse ac predictos canonicatum et prebendam ad ipsum Derslaum pertinuisse et pertinere, dictoque Paulo super eis perpetuum silencium imponi ipsumque Paulum condemnari et compelli ad restituendum sibi prebendam predictam

202. [a—a] dilecto filio preposito monasterii Mechoviensis per prepositum soliti gubernari Cracouiensis diocesis *in margine cum nota* Correctum de mandato N. de Benevento *loco* venerabili fratri episcopo Cracouiensi *cancell. in Reg. Lat.* [b—b] dictaque prebenda *in Reg. Lat.*

202. [1] *Stanislaus praepositus Miechouiensis aa 1387—1394. (Kod. dypl. klasztoru Tynieckiego I 173). Vid. supra p. 41 Nr 41 adn. 1.* [2] *Derslaus sive Dirslaus nomen polonicum Dziersław. Blisborius nomen polonicum Blizbor.* [3] *Altare Annunciationis B. Mariae de iure patronatus Poloniae regis in ecclesia cathedrali Cracoviensi ante sacellum Johannis Alberti regis a cornu dextro summi altaris extra chorum situm, in XVIII saeculo est amotum.* [4] *Capella S. Mariae Magdalenae, iam diruta, stabat in platea hodie platea S. Mariae Magdalenae nominata.* [5] *Vid. supra p. 167 Nr. 179 adn. 1.* [6] *Vid. supra p. 33 Nr 28 adn. 1.* [7] *Kamień villa parochialis prope civ. Bytom tunc in Cracoviensi, postmodum ab a. 1821 in Wratislauiensi, nunc vero ab a. 1925 in Katovicensi diocesi sita.* [8] *Wansów, Wansen, villa cum ecclesia parochiali S. Floriani nunc in regione Wratislaviensi sita.*

ac decimas et fructus huiusmodi exinde perceptos et qui percipi potuerat, fecit ad iudicium evocari, idemque Bertoldus in huiusmodi causa legitime procedens et iuris ordine observato pro dicto Derslao et contra eundem Paulum diffinitivam sentenciam promulgavit, et quia idem Paulus huiusmodi sentencie contumaciter parere recusavit, ipse Bertoldus huiusmodi sentenciam exequendo dictum Paulum propter huiusmodi eius contumaciam manifestam mandavit et fecit excommunicatum publice nunciari; sed idem Paulus in reprobum sensum datus et huiusmodi sentenciam vilipendens detinuit tirannice et vi armorum, prout adhuc detinet, eandem prebendam ac fructus huiusmodi indebite occupatos, et sic ligatus in contemptum clavium se Diuinis officiis sicut prius immiscuit et immiscet in anime sue periculum, ecclesiastice censure contemptum et predicti Derslai grave preiudicium ac scandalum plurimorum; et quamvis idem Paulus huiusmodi causam venerabili fratri nostro Bertrando episcopo Eugubino[9] in Romana curia commoranti et locum unius ex auditoribus causarum palacii apostolici de mandato nostro obtinenti per nos committi obtinuerit, et ad ipsius Pauli instanciam inter dictas partes ad nonnullos actus processum extiterit, ipse tamen Paulus nichil contra dictam sentenciam vel contra eundem Derslaum proposuit et se a predicta curia absentavit. Quare pro parte dicti Derslai nobis fuit humiliter supplicatum, ut predictam prebendam sequestrari de benignitate apostolica mandaremus. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus inclinati discrecioni[c] tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, predictam prebendam auctoritate nostra per te vel alium sequestrare procures, exhibiturus id, quod de ipsius prebende fructibus ipsorum debitis supportatis oneribus superesse contigerit, illi, qui finalem in causa huiusmodi victoriam obtinebit. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo. Non obstante, si prefato Paulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Datum Rome apud S. Petrum, sextodecimo[e] kalendas aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

203.

Romae, 24 martii 1391.

Bonifacius IX Georgio Cosso de Trzebnica clerico Wratislaviensis diocesis beneficium in ecclesia Wratislaviesi reservat; cuius quidem reservationis executionem episcopo Tudensi, abbati monasterii S. Mariae Wratislaviae et decano ecclesiae collegiatae in Vyšehrad mandat.

Arch. Vat. Lateran. T. 18 f. 100—101 (C—CI), series De beneficiis vacaturis anno secundo, *In margine sinistro ad. init. litt.* C(ancellaria), *in fine* Pro Deo. Jac. de Terano.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 273 nr 489.

Bonifacius etc... Georgio Cosso de Trebnicz[1] clerico Wratislauiensis diocesis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si

202. [c] discrecioni *in margine cum nota* Correctum ut supra *loco* fraternitati *cancell. in Reg. Lat.* [e] sextodecimo *in margine cum nota* N. de Benevento *loco* XVI *cancell. in Reg. Lat.*

202. [9] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 1.*

203. [1] *Vid. supra p. 52 Nr 56 adn. 5.*

vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Wratislauiensis et... prepositi, decani, scolastici, thesaurarii, cantoris, archidiaconorum et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Wratislauiensis... pertinens, eciam si in ipsa ecclesia fuerit, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit... conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... Datum Rome apud S. Petrum, nono kalendas aprilis, anno secundo.

Simili modo... episcopo Tudensi[2] et... abbati monasterii sancte Marie extra muros Wratislauienses[3] ac decano ecclesie Wissegradensis prope Pragam[4] >< Datum ut supra.

204.

Romae, 29 martii 1391.

Bonifacius IX Johanni Senging, ut litterae, per quas ei de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Wratislaviensi providit, et omnes aliae gratiarum litterae ei concessae ab ipsarum data valeant, concedit.

Arch. Vat. Reg. Lateran. T. 17 f. 12' (XII'), series De exhibitis anno secundo. *In margine sinistro ad init. litt.* C(ancellaria), *in fine* N. XVI de Benevento.

Ed. (in excerpto) Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 273—274 nr 490.

Bonifacius etc... Johanni Senging canonico Olomucensi, familiari nostro... Grata tue devocionis et familiaritatis obsequia... Dudum siquidem tibi de Olomucensis et Wratislauiensis sub expectacionibus prebendarum sub data quinto idus novembris pontificatus nostri anno primo[1], et successive de ipsius Wratislauiensis et Zwerinensis[2] necnon Patauiensis[3] cum prebendis ac decanatu eiusdem Patauiensis ecclesiarum canonicatibus, necnon de capella in Nyderburch[4] Patauiensis ac de parrochiali ecclesia in Pels[5] Salzeburgensis diocesis, tunc certis modis vacantibus et antea disposicioni apostolice reservatis, per diversas nostras litteras graciose duximus providendum, prout in ipsis litteris plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte tua peticio continebat, in illis, per quas de Wratislauiensis, de aliis, per quas de Olomucensis ecclesiarum canonicatibus sub [a]expectacionibus earundem[a] prebende tibi providimus ut prefertur, et eciam in omnibus aliis litteris antedictis per errorem non fuerit mencio facta, et propterea dubites illas, per quas de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Wratislauiensis predicte tibi providimus ut prefertur, et omnes alias nostras litteras predictas posse surrepticias reputari, nos igitur volentes te... favoribus prosequi graciosis, tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, volumus et apostolica auctoritate concedimus, quod ille, per quas tibi de canonicatu sub expectacione prebende eiusdem ecclesie Wratislauiensis providimus ut prefertur, et eciam omnes alie littere predicte et processus habiti per easdem et quecunque inde secuta perinde a data ipsarum[b] valeant,

203. [2] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [3] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 2.* [4] *Vid. supra p. 139 Nr 152 adn. 4.*

204. [a-a] expectacione *inepte Crofta C. l. supra c.* [b] presencium *inepte Crofta C. l. supra c.*

204. [1] *9. XI. 1387.* [2] *Schwerin in Meklenburgia, Mecklenburg.* [3] *Passau in Bavaria.* [4] *Niedernburg tunc in Passaviensi diocesi.* [5] *Pöls in Styria.*

plenamque obtineant roboris firmitatem, ac si in eis de predictis litteris, per quas tibi de canonicatu sub expectacione prebende eiusdem ecclesie Olomucensis providimus ut prefersur, expressa mencio facta fuisset. Non obstantibus omnibus, que in illis, per quas tibi de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Olomucensis providimus ut prefertur, et in omnibus aliis litteris antedictis voluimus[c] non obstare. Nulli ergo etc. nostre concessionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum, quarto kalendas aprilis, anno secundo.

205.

Romae, 8 aprilis 1391.

Bonifacius IX Antonio de Ponte causarum palatii apostolici auditori, ut, si per eventum litis inter Abraham Abrahae filium et Petrum de Strelicz super praepositura ecclesiae Cracoviensis exortae ei constiterit neutri dictorum litigantium ius in eadem competere, alteri ex ipsis, quem sufficientiorem invenerit, praefatam praeposituram conferat, mandat.

Arch. Vat. Reg. Lateran. T. 14 f. 89'—'91 (LXXXVII'—LXXXVIIII'), series De exhibitis anno secundo. *In fine litterarum* N. XXXVI de Benevento.

Reg. Crofta C., Mon. Vat. Boh. V 279 nr 495.

Bonifacius... magistro Antonio de Ponto[1] capellano et causarum palacii apostolici auditori... Apostolice Sedis circumspecta benignitas ad ea libenter intendit, per que diutina beneficiorum ecclesiasticorum vacacio valeat evitari. Dudum siquidem pro parte bone memorie Francisci[2] sancti Eusthachii[a] diaconi cardinalis exposito felicis recordacionis Urbano pape VI, predecessori nostro, quod olim ipse tunc litterarum apostolicarum corrector existens canonicatum et prebendam ac prepositurам ecclesie Cracouiensis, de quibus tunc per obitum quondam Willelmi Horborch[3] dicte ecclesie canonici et prepositi vacantibus et antea dispositioni apostolice reservatis sibi fuerat auctoritate apostolica provisum, et quorum possessionem nondum habebat, et dilectus filius Abraham Abrahe[4] decanatum ecclesie Plocensis. quem tunc temporis obtinebat, asserentes se desiderare illos ex certis racionabilibus causis invicem permutare in manibus... magistri Bartholomei Francisci[5] prepositi ecclesie Pratensis Pistoriensis diocesis, notarii dicte Sedis, apud Sedem predictam ex causa permutacionis huiusmodi libere resignarant, idemque Bartholomeus de speciali mandato eiusdem predecessoris, super hoc vive vocis oraculo sibi facto, resignaciones huiusmodi ex causa predicta apud Sedem admiserat antedictam; idemque predecessor decanatum Francisco cardinali, tunc correctori predictarum litterarum, et canonicatum ac prebendam necnon prepositurам predictos, per huiusmodi resignaciones vacantes, Abrahe prefatis per suas litteras contulerat et de illis eciam providerat. Quodque licet prefatus Abraham tempore permutacionis huiusmodi asseruisset decanatum predictum canonicatui et prebende ac prepositure prefatis

204. [c] volumus *in Reg. Lat.*

205. [a] Eustaccii *Reg. Lat.*

205. [1] *Magister Antonius de Ponte (prope Trevisio in Italia Superiori) in auditorem sacri palatii 10. II. 1389 receptus, a. 1391 ad ecclesiam Sibenicensem (Sibenik in Jugoslavia) est promotus (Cerchiari E., Sacra Romana Rota II 35, 37 nr 197, 216).* [2] *Vid. supra p. 66 Nr 76 adn. 1.* [3] *Vid. supra p. 73 Nr 84 adn. 3.* [4] *Vid. supra p. 87 Nr 98 adn. 1.* [5] *Vid. supra 74 Nr 84 adn. 5.*

in valore equalem existere, tamen, ut ad eiusqem cardinalis noticiam postmodum pervenerat, idem decanatus longe minoris valoris existebat, quam erant canonicatus et prebenda ac prepositura[h] predicti, et propterea idem eardinalis senserat se per eundem Abraham graviter esse deceptum, predictus predecessor dìlecto filio magistro Eusebio Regna[c 6] canonico Mediolanensi, dicte Sedis notario, tunc in Romana curia commoranti, commisit, ut si, vocatis dicto Abraham et aliis, qui forent evocandi, premissa repperiret veritate fulciri, predictas litteras, per quas idem predecessor predicto cardinali, tunc correctori, de decanatu et Abrahe prefatis de canonicatu et prebenda ac prepositura huiusmodi providerat ut prefertur, et processus habitos per easdem et quecumque inde secuta, auctoritate apostolica cassaret, irritaret et annullaret, et cardinali ad canonicatum et prebendam ac prepositūram et Abrahe prefatis ad decanatum predictos redeundi auctoritate predicta licenciam largiretur, ac in huiusmodi causa procederet terminis a iure statutis, et in palacio apostolico in similibus servari consuetis, abbreviatis. Et subsequenter orta inter eosdem cardinalem et Abraham super eisdem canonicatu et prebenda ac prepositura, quos quilibet ipsorum cardinalis et Abrahe ad se de iure spectare asserebant, prout adhuc ipse Abraham asserit, coram dicto Eusebio, materia questionis, tandem, cum idem Eusebius se a dicta curia absentasset, prefatus predecessor causam huiusmodi... Johannì episcopo Herefordensi[7], tunc capellano Sedis et auditori causarum palacii predictorum audiendam commisit et fine debito terminandam. Postmodum vero, sicut exhibita nobis pro parte dilecti filii magistri Petri de Strelicz[8] canonici Cracouiensis, capellani nostri, peticio continebat, prefatus cardinalis, postquam dictus episcopus tunc auditor, in huiusmodi causa ad nonnullos àctus inter partes ipsas processerat, huiusmodi liti et cause ac omni iuri sibi in dicta prepositura se ad eam quomodolibet competenti coram eodem episcopo tunc auditore, eodem predecessore adhuc in humanis agente, sponte cessit. Et nos... ad apicem summi apostolatus assumpti, statum huiusmodi cause habentes presentibus pro expresso et ne ad eandem prepositūram alicui pateret viciosus ingressus, si lis huiusmodi careret legitimo defensore, qui tueretur eandem, providere, dictoque Petro specialem graciam facere ac ipsum in dicta Cracouiensi ecclesia amplius honorare volentes... magistro Henrico Godebarii[9] capellano nostro et causarum dicti palacii auditori, cum dictus episcopus tunc auditor se (a)[d] prefata curia absentasset, per nostras litteras dedimus in mandatis, ut causam huiusmodi in eo statu, in quo ultimo coram eodem episcopo, tunc auditore, remanserat, resumeret eamque audiret, es fine debito terminaret, et dictum Petrum, dummodo ipse in dicta prepositura intrusus non esset, in omni iure et ad omne ius, quod prefato cardinali in eadem prepositura seu ad eam tempore huiusmodi cessionis quomodolibet competebat seu competere poterat, auctoritate apostolica surrogaret, dictumque ius sibi conferret, et de illo etiam provideret, ipsumque ad huiusmodi ius ac eius necnon litis et cause huiusmodi prosecucionem et defensionem in eo statu, in quo causam ipsam inveniret, et in quo idem cardinalis tempore cessionis huiusmodi existebat, et si liti et cause ac iuri huiusmodi non cessisset, potuisset et debuisset admitti, admitteret et admitti faceret, ut esset moris. Et nichilominus eandem prepositūram sive per resignacionem predictam eiusdem cardinalis sive alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacaret, dummodo tunc non esset in ea alicui specialiter ius quesitum, cum omnibus iuribus et

205. [h] preposituram *in Reg. Lat.* [c] regna *in Reg Lat.* [d] a *deest in Reg. Lat.*

205. [6] *Ignotus.* [7] *Vid. supra p. 74 Nr 84 adn. 6.* [8] *Vid. supra p. 3 Nr 2 adn. 3.* [9] *Vid. supra p. 74 Nr 84 adn. 7.*

pertinenciis suis eidem Petro auctoritate predicta conferret, et eciam assignaret, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte predicti Petri peticio continebat, in prefatis litteris expressum fuit, quod fructus... [e]dicte prepositure secundum communem extimacionem octuaginta marcharum argenti puri valorem annuum non excedebant, et re vera huiusmodi fructus... dictum valorem annuatim[e] excedant, licet valorem annuum centum et viginti marcharum argenti huiusmodi non excedant, et a nonnullis asseratur neutrum ipsorum Petri et Abrahe in dicta prepositura seu ad eam ius habere, nos statum huiusmodi cause habentes presentibus pro expresso ac volentes sufficienciorem ex ipsis Petro et Abraham apud nos de vite ac morum honestate, aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatis, favore prosequi gracie specialis, discrecioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, si per eventum litis huiusmodi tibi constiterit, neutrum ipsorum Petri et Abrahe in dicta prepositura seu ad eam ius habere, prefatam preposituram, que dignitas curata non tamen maior post pontificalem in dicta ecclesia existit, et ad quam quis per eleccionem non assumitur... alteri ex dictis Petro et Abraham, quem per diligentem examinacionem ad hoc ydoneum et sufficienciorem esse reppereris... conferas et assignes... Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus dicte Cracouiensis ecclesie contrariis, iuramento, confirmacione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis; aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus, personatibus vel officiis in dicta Cracouiensi ecclesia speciales, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte Sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, eciam si per eas ad inhibicionem, reservacionem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus illum ex predictis Petro et Abraham, cui dictam preposituram conferes, in assecucione ipsius prepositure volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem dignitatum, personatuum vel officiorum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari; seu si venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Cracouiensi vel quibusvis aliis communiter vel divisim a predicta Sede indultum existat, quod ad recepcionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de dignitatibus, personatibus vel officiis ipsius ecclesie Cracouiensis aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem... seu quod Petrus in dicta Cracouiensi, quorum viginti, et in Olomucensi ecclesiis, quorum duodecim, et quorum possessionem nondum est adeptus, canonicatus et prebendas, ac parrochialem ecclesiam in Wrawrzinczicze [10] Cracouiensis diocesis, quam per assecucionem dicte prepositure dimittere tenetur, obtinet, et super canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis, quorum quatuordecim marcharum argenti puri fructus... secundum dictam extimacionem valorem annuum, ut ipse asserit, non excedant, in dicto palacio litigat et, ut asserit, dudum sibi de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Gneznensis graciose concessimus provideri, et quod Abraham predicti in Cracouiensi ac Plocensi et Poznaniensi ecclesiis canonicatus et prebendas, quorum fructus... octua-

205. [e—e] *in margine cum nota* Correctum de mandato N. de Benevento *loco* cuius seu quorum dictum valorem annuatim *cancell. in Reg. Lat.*

205. [10] *Vid. supra p. 101 Nr 110 adn. 4.*

ginta marcharum argenti puri secundum dictam extimacionem valorem annuum ut asseritur non excedunt, obtinet, et dudum sibi, ut asserit, de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Wratislauiensis graciose concessimus provideri. Non enim exnunc irritum decerninus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Volumus autem, quod, si dictam preposituram per te conferri contigerit ut prefertur, de nomine illius, cui ipsam conferres, et de die collacionis huiusmodi gentes camere apostolice quantocius certificare procures. Datum Rome apud S. Petrum, sexto idus aprilis, anno secundo.

206.

Romae, 8 aprilis 1391.

Bonifacius IX Johanni dicto Hanco de Grodzisko beneficium ecclesiasticum ad collacionem episcopi, capituli, praelatorum et canonicorum ac personarum ecclesiae Poznaniensis pertinens reservat; cuius quidem reservacionis executionem episcopo Tudensi, praeposito ac decano ecclesiae Poznaniensis mandat.

Arch. *Vat., Reg. Lateran. T. 18 f. 75—75' (LXXV—LXXV'), series* de beneficiis vacaturis anno secundo. *In fine litterarum.* Pro Deo. N. de Benevento.

Bonifacius... Johanni dicto Hanco de Grodzisko[1] clerico Poznaniensis diocesis... Vite ac morum honestas... Volentes itaque tibi, qui, ut asseris, defectum natalium pateris de presbytero genitus et soluta, et qui olim tacite per te tamquam simplicem et iuris ignarum, quod huiusmodi defectum patereris, per... Dobrogoscium[2] episcopum Poznaniensem ad omnes minores ordines, alias tamen rite, fuisti promotus... graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus... si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime, valorem annuum non excedant, ad collacionem... episcopi Poznaniensis pro tempore existentis et... prepositi, decani, archidiaconi, scolastici, cantoris, custodis et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Poznaniensis communiter vel divisim pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non fuerit, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, quod tu... infra unius mensis spacium, postquam tibi... vacacio illius innotuerit, duceris acceptandum, conferendum tibi... donacioni apostolice reservamus... Non obstantibus... Nos enim tecum, ut in predictis susceptis ordinibus ministrare et eciam ad omnes sacros ordines promoveri, ac huiusmodi beneficium cum cura vel sine cura recipere et retinere licere et licite valeas, predicto defectu et Pictauiensis[3] concilii ac aliis constitucionibus apostolicis contrariis non obstantibus quibuscunque, auctoritate apostolica tenore presencium dispensamus... Datum Rome apud S. Petrum, sexto[a] idus aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

Simili modo... episcopo Tudensi[4] et... preposito[5] ac decano[6] ecclesie Poznaniensis >< Datum ut supra.

206. [a] sexto *in margine cum nota* N. de B(enevento) *loco cancell.* VI *in Reg. Lat.*

206. [1] *Grodzisk opp. in districtu Nowy Tomyśl, tunc et nunc in diocesi Poznaniensi situm.* [2] *Vid. supra p. 11 Nr 7 adn. 2.* [3] *Poitiers in Francia.* [4] *Vid. supra p. 2 Nr 1 adn. 4.* [5] *Praepositus ecclesiae Poznaniensis Vicentius aa. 1391—1403 deprehenditur (K. WPol. III 639 nr 1915, V 44 nr 40).* [6] *Vid. supra p. 137 Nr 150 adn. 3.*

Jana Sobieskiego z r. 1671, str. 183. — Seredyński W., Ostatnie Stebelskiego prace, wydane z autografu, wstępem i przypisami objaśnione, str. 263. — Scipio del Campo J. ks., Sprostowania i uzupełnienia do ostatnich prac Stebelskiego, str. 395. — Smolka S., W sprawie artykułu p. n. Tradycja o Kazimierzu Mnichu, str. 397. — Sokołowski A., Spór o książkę (K. Cichockiego Alloquia Osiecensia), str. 401. — Wislocki W., Bibliografia historii, geografii historycznej i historii prawa polskiego z r. 1877. str. 407. . . . . 240.—

— Tom II (Scriptores rerum Polonicarum, t. V) (Nr 17)

Treść: Sokołowski A., Listy księcia Jerzego Zbaraskiego, kasztelana krakowskiego, z lat 1621—1631, str. 1. — Szujski J., Rewizja województwa połockiego z roku 1552, str. 173. — Wislocki W., Diariusz Komisji Bydgoskiej w roku 1614, z rękopisu Jakóba Zadzika, znajdującego się w Bibliotece Jagiellońskiej, str, 257. — Wislocki W., Bibliografia historii, geografii historycznej i historii prawa polskiego z lat 1878—1880, str. 345. . . . . 240.—

— Tom III (Scriptores rerum Polonicarum, t. IX) (Nr 31) *wyczerpany*
— Tom IV (Scriptores rerum Polonicarum, t. XII) (Nr 39) *wyczerpany*
— Tom V (Scriptores rerum Polonicarum, t. XIII) (Nr 42) *wyczerpany*
— Tom VI (Nr 47) *wyczerpany*
— Tom VII (Nr 54) *wyczerpany*
— Tom VIII (Nr 57) *wyczerpany*
— Tom IX (Nr 61) *wyczerpany*

— Tom X (Nr 69)

Treść: Inwentarz dóbr i dochodów biskupstwa włocławskiego z r. 1534, wydał B. Ulanowski, str. 1. — Acta capituli Plocensis ab a. 1514 ad a. 1577, edidit B. Ulanowski, str. 129. — Materiały do dziejów kolegiaty pułtuskiej, wydali B. Ulanowski i St. Zachorowski, str. 306. . . . . 300.—

— Tom XI (Nr 70) *wyczerpany*

— Tom XII, część 1 (Nr 71)

Treść: Konopczyński W., Materiały do dziejów genezy Rady Nieustającej, str. 1. — Halecki O., Z Jana Zamojskiego inwentarza Archiwum Koronnego, str. 146. . . . . . . 120.—

— Tom XII, część 2 (Nr 71)

Treść: Zbiór formuł zakonu dominikańskiego prowincji polskiej z lat 1338—1411. Przedłożył do druku o. J. Woroniecki O. P., poprzedził wstępem i wyd. ks. J. Fijałek, indeksy opracował A. Vetulani, str. 219. . . . . 240.—

Serja 2. Tom I. Ogóln. zb. t. XIII (Nr 78) *wyczerpany*

— Tom II. Ogóln. zb. t. XIV (Nr 80)

Treść: Instrukcja wydawnicza dla średniowiecznych źródeł historycznych, opracowała Komisja historyczna Polskiej Akademji Umiejętności przy współudziale Towarzystw Naukowych we Lwowie, Poznaniu, Warszawie i Wilnie, str. 1. — Polityka i ustrój Generalności Konfederacji Barskiej, dwa nieznane przyczynki, wydał W. Konopczyński, str. 41. — Wykaz polskich lóż wolnomularskich oraz ich członków w latach 1738—1821, poprzedzony zarysem historii Wolnomularstwa Polskiego i ustroju Wielkiego Wschodu Narodowego Polskiego, podał S. Małachowski-Łempicki, str. 112. — Diariusz Senatu z r. 1830—1831, wydał S. Pomarański, str. 431. — Uzupełnienia i sprostowania, str. 408—410, 428 i 630. . . . . 300.—

— Tom III. Ogóln. zb. t. XV (Nr 81)

Treść: Kronika z czasów Stefana Wielkiego Mołdawskiego, opr. i wyd. O. Górka, str. 1. — Rachunki żupne bocheńskie z lat 1394—1421 wyd. J. Karwasińska, str. 123. — Wskazówki do katalogowania rękopisów w zbiorach bibliotecznych, str. 233 — Inwentarz dóbr i dochodów biskupów poznańskich z r. 1564, wyd. E. Długopolski, str. 267. — Kronika z czasów Stefana Batorego 1576—1582, wyd. H. Barycz, str. 349. . . . . 525.—

4. Acta historica res gestas Poloniae illustrantia (1507—1795).

(T. IV, VIII, IX, XI, XIIa, b wyczerpane)

Andrzeja Zebrzydowskiego biskupa włocław. i krakow. korespondencja z l. 1546—1553, z przydaniem synodów r. 1547 i 1551. Wyd. W. Wisłocki 1878 (Nr 11). I . . . . 300.—

Pisma do wieku i spraw Jana Sobieskiego. Wyd. Fr. Kluczycki. Tom I część I (1629—1671) 1880 (Nr 16) i część II (1672—1674) 1881 (Nr 21). II . . . . 720.—

Archiwum spraw zagranicznych francuskie do dziejów Jana III. Oprac. K. Waliszewski. T. I (1674—1677) 1879 (Nr 14), Tom II (1677—1679) 1881 (Nr 18) i Tom III (1680—1683) 1884 (Nr 26). III, V, VII . . . . 300,—300,—240.—

Akta do dziejów króla Jana III: sprawy r. 1683. Wyd. F. Kluczycki 1883 (Nr 25). VI . 360.—

Stanislai Hosii S. R. E. cardinalis († 1579) epistolae, orationes, legationes. Wyd. Ks. F. Hipler i W. Zakrzewski. Tom I (1525—1550) 1879 (Nr 15). Tom II cz. I (1551—1555) 1886 (Nr 34) i cz. II (1555—1558) 1888 (Nr 40). IV i IX w 2 częściach.

Prawa, przywileje i statuta m. Krakowa (1507—1795) Tom I zeszyt I i II (1507—1586) 1885. (Nr 26 i 30). Tom II zeszyt I, II i III (1587—1696) 1890 (Nr 40 bis), 1892 (Nr 49), wyd. F. Piekosiński i 1910 (Nr 67) wyd. S. Krzyżanowski. VIII w dwóch zeszytach i XII w trzech zeszytach.

Lauda sejmików ziemi dobrzyńskiej. Wyd. F. Kluczycki 1887 (Nr 35). X . . . . 240.—

Sprawy wojenne króla Stefana Batorego. Wyd. ks. I. Polkowski 1888 (Nr 36). XI.

Acta capitulorum saeculi XVI selecta. Tom I część I. Akta kapituł poznańskiej i włocławskiej (1519—1578) 1908 (Nr 66). Wyd. B. Ulanowski. XIII . . . . 180.—

5. Starodawne prawa polskiego pomniki.

(C. d. wydawnictwa A. Z. Helcla T. I, 1856 i T. II, 1870).

(T. III i IV wyczerpane).

(Dalsze wydawnictwo tych pomników przeszło od r. 1877 w ręce Komisji Prawniczej Akademii)

6. Monumenta Poloniae Historica.

(C. d. wydawnictwa Augusta Bielowskiego T. I, 1864 i T. II, 1872, prowadzony przez grono lwowskie członków Komisji Historycznej. T. III—IV wyczerpane).

Tom III, Lwów 1878 (Nr 12). Tom IV, Lwów 1884 (Nr 28). Tom V, Lwów 1888 (Nr 44) i Tom VI, Kraków 1893 (Nr 50).

Seria II. T. I. Relacja Ibrāhīma ibn Ja'ḳūba z podróży do krajów słowiańskich w przekazie al-Bekrīego. Wyd. T. Kowalski. Kraków 1946 (Nr 84). . . . . 660.—

7. Monumenta Poloniae Vaticana.

Tomus I et II: Acta Camerae Apostolicae. Ed. I. Ptaśnik. Vol. I (1207—1344) 1913 (Nr 71), Vol. II (1344—1374) 1913 (Nr 72) . . . . 450,—450.—

Tomus III: Analecta Vaticana 1202—1366. Ed. I. Ptaśnik 1914 (Nr 73) . . . . 600.—

Tomus IV: I. A. Caligarii nuntii apostolici in Polonia epistolae et acta 1578—1581. Ed. Ludovicus Boratyński 1915 (Nr 74) . . . . 900.—

Tomus V et VI: Series nuntiaturae Polonae. Alberti Bolognetti nuntii apostolici in Polonia epistolarum et actorum Pars I aa. 1581—1582. Edd. E. Kuntze et C. Nanke 1923—1933 (Nr 82). Pars II a. 1583. Ed. E. Kuntze 1938 (Nr 83) . . . . 1200,—1200.—